




EX LIBRIS COLLEGII SANCTAE MARIAE DE OSCOTT


PETER
SEABY

N.46.

~~LXI. C. 31~~



ex° orig. C.H.f.

ELIAS BRENNER.

Reg. Arch. Antiq. Assessor.

THESAURUS NUMMORUM SUEO-GOTHICORUM

STUDIO INDEFESSO

ELIÆ BRENNERI

L. ANNORUM SPATIO COLLECTUS,
SECUNDUM SERIEM TEMPORUM DISPOSITUS, ATQVE E TENEBRIS
CUM COMMENTATIONE IN APRICUM PROLATUS.

Acceſſit Ejusdem Auctoris Libellus de Nummophylaciis Sveciæ: De Scriptoribus rei Nummariæ Svethicæ: Atque de Theſauris, ſeu variis Vetuſtorum Nummorum cumulis, paſſim per Sveoniam fortuito caſu repertis.

HOLMIÆ,
Typis JOH. LAUR. HORRN, Reg. Antiq. Arch. Typogr.
ANNO MDCCXXXI.

Serenissimo & Potentissimo

PRINCIPI AC *DOMINO*

FRIDERICO,

SVECORUM, GOTHORUM
VANDALORUMQUE

REGI

ETC. ETC. ETC.

LANDGRAVIO Hassiæ, *PRINCIPI* Hirschfeldiæ, Comiti Cattimelliboci, Diezæ, Ziegenhainæ, Niddæ & Schaumburgi, &c. &c.

REGI & DOMINO
longè Clementissimo.

Serenissime atque Potentissime

REX,

DOMINE longè Clementissime.

DUm in conspectum literati & cultioris Orbis Thesaurus Nummorum Sveo-Gothicorum prodire festinat, SACRAM TVAM MAIESTATEM, REX AVGVSTISSIME, primùm demississimè atque subjectissimè venerari & adorare gestit, non aliâ spe ac fiduciâ fretus, quàm quod TVVS quodam jure dici exoptet. Augustos enim & æternales non solùm vultus DIVORVM PATRUM PATRIÆ, *TVORVM* in Regno Sveo-Gothico Gloriosissimorum Antecessorum, Illorumque

que Sacroſanctos Titulos atque Regnorum Borealium, ab ultimâ antiquitate, uſu recepta Inſignia, verùm etiam res, pace belloque, prudenter non minùs quàm fortiter & feliciter geſtas, ÆTERNA adeóque MEMORIA digniſſimas, eâ, qua par eſt, fide & ſollicitudine, repræſentat & deſcribit. Priſci & antiquioris ævi ſempiterna hæcce metallica Monumenta Ops Sveo-Gothica, velut alma & perquam fœcunda Mater, *in dias luminis auras* protulit, &, ut ſpes eſt, indies magis magisque in apricum eſt prolatura; Poſterioris verò ætatis Numiſmata ingenia præclarâ & ſcitæ admodùm manus Civium & Alumnorum Regni *TVI*, exteris etiam gentibus notæ & celebratæ, ita commendant, ut inter non infima Regni Sveonici ornamenta numerari & cenſeri mereantur. Maximè tamen hoc titulo Glorioſo & Auguſto *TVO* Nomine hic Theſaurus ſe ſuperbire poſſe exiſtimat, quod *TVIS*, REX INVICTISSIME, feliciſſimis auſpiciis, Republicâ Sveonum in priſtinum ſtatum reſtitutâ, LIBERTATE POPULI Sveo-Gothici ADSERTA, & PACE TERRA MARIQVE PARTA, ſibi, ut PACIS *TVÆ* AVGUSTÆ, & FELICIS TEMPORUM REPARATIONIS, SECULIque *TVI* FELICITATIS fœtui alumnoque, ex latebris ſuis jam prodire, & publicò, poſt faventiorem diu de ſe conceptam opinionem, ſpectandum ſeſe præbere licet. DEUS T. O. M. muneri ſuo exoptatiſſimam perpetuitatem addat faxitque, ut, quemadmodùm univerſa Patria, ſuperiori anno, inter SECVLARES & religioſas feſtivitates læta *TVOS*, *REX INDULGENTISSIME*, PRIMOS DECENNALES celebravit, VOTAque DECENNALIA SUSCEPTA &

SOLU-

SOLUTA jam dudum vidit, ita poſthac MULTA & innumera iſtiusmodi VOTA pro SALUTE AUGUSTI ſui ſuſcipere & ſolvere queat. Qua ex re fiet, ut *TE*, OPTIMO PRINCIPE, CONSERVATORE & PROPUGNATORE Literarum, non modò quæ in hocce Opere Nummario ſupplenda & continuanda reſtant, ſed & reliqua, quæ ad TVVM TVIque Regni & Populi decus ſcriptis celebrandum pertinent, pro virili peragat

AUGUSTISSIMÆ MAJESTATI

TUÆ

Devotiſſimum
Archivum Antiqvitatum

Öfwer

Wälborne Herr ASSESSORENS

J

Kongl. Antiqvitets Collegio,



ELIAS BRENNERS

Mycket wackra

Och

Prijs-wärde Wärck,

Innehållandes En

THESAURUM NUMMORUM SVEO-GOTHICORUM.

****

Then stränge tijd / som alt och sielfwan sig förtär /
Som aldrig fins igen / seen han är undangången /
Han är i thetta Wärck med konst och snällhet fången:
Här för wår åsyn står / seen han förswunnen är.

Then gamle Wärld / som war af dygd och håfwor rijk /
Här teer sig fram / seen hon så långt til rygga fahrit /
Ett foster af then tijd för then hon moder warit /
Och fast än ung på nytt / sin Ålderdom doch lijk.

Then skatt / som wråkter låg och sunken ned i mull /
Haar här ett fägre lius och högre wärde funnit /
Än tå han gall som mäst: och haar på paper wunnit
En mehr ewärdlig glants än han förr haft i gull.

Oß slijkt förwärfwat haar Herr BRENNERS wård och ijd;
Han är som tijdsens tand så dyrbart roof betagit /
The forne Hieltars Bild uhr glömskans mörker dragit:
Han sielf en ächta Bild utaf then gamle tijd.

P. Lagerlööf.

Ad

Ad Nobilissimum VIRUM,

ELIAM BRENNERVM,

Artium Heraldicæ, Pictoriæ

&

Chalcographicæ,

nec non

ANTIQVITATVM SVEO-GOTHICARUM

apprimè peritum,

Epigramma N. KEDERI.

QVi Clypeos hominum, qvos Virtus nobilitavit,
    Lege Heraldorum dividis & decoras,
Te, priscâ Virtute Virum, Clementia Regis
    Nobilibus patriis ex merito annumerat.
Exprimere Arctoûm qvi vultus Sceptrigerorum
    Mirando cælo peniculoque soles,
Egregiâ Karlsteni Hartmannique arte, cavatum
    Per chalybem, meritò Tutemet exprimeris.
Qui scitè tractas Sveonum Monumenta vetusta,
    Orbique illustras splendidiore face,
Jure per hæc eadem, BRENNERE, in sæcula cuncta
    Fulgebit latè Nomen in Orbe Tuum.



IN



IN
THESAURUM BRENNERIANUM
Præfatio
NICOLAI KEDERI,
Holmienſis.

HAbes hic, Benevole Spectator & Lector, divitem Nummorum Sveo-Gothicorum, tum vetuſtorum, tum recentium Theſaurum, quem Nobiliſſ. Vir, ELIAS BRENNERVS, Amicus & Collega meus, uti olim jucundiſſimus, ita nunc deſideratiſſimus, pari induſtriâ & ingenio, per annos bene multos, maximâ ex parte collegit, digeſſit atque explanavit, at mortalitate interceptus omnibus ſuis numeris ac partibus perficere & explere nequivit. Et quoniam, ſub mortis appropinquatione, me per amicitiam noſtram obſecraverat, ut Opus hoc abſolverem, nefas duxi, illud affectum diu latere, ac procedente tempore fortaſſis prorſus intercidere & perire. Manum itaque Operi, quod ad extremum usque Inclyti Auctoris tempus perducitur, lubens admovi, &, quantum per ingenii tenuitatem, infirmitatemque corporis licuit, quædam, prout res poſtulabat, immutavi, multaque adjeci, atque ſuis paſſim locis inſerui. Nummos vides accuratiſſimè pariter ac elegantiſſimè partim ære, partim ligno expreſſos. Ære expreſſorum bona magnaque pars à cælandi apprimè doctâ Brennerianâ manu nata eſt. Nummi tamen aliquot, præſertim ex recentioribus, propter fati, per ſe quidem non immaturi, at harum Elegantiarum Curioſis peracerbi, interventum, qui Viri, cùm viveret, haud ſanè inertis, ſed operoſi & ſemper præclarum aliquid & immortale meditantis atque agen-

 tis,

tis, propositum planè abrupit, non nisi verbis expressi & effi-
cti sistuntur. Porrò nonnulli confusè quidem in Tabellis collocati sunt, quod certè neutiquam fuisset factum, si principio, cùm Nummi in æs essent incidendi, jam omnes indagine capti, atque in promtu fuissent; at ordinatiùs tamen percensentur ac describuntur. Si autem, Erudite Spectator ac Lector, antiquissimos Nummos certis Regibus attribuendo, beatæ memoriæ Auctor noster verum indubitatumque forsan non semper est assecutus, ad veniam dandam pronum facilemque Te præbe: nam primus hanc rem nummariam nostratem exponere aggressus est, neque ullum, quem ut prævium Magistrum sequeretur, habuit. Et quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nusquam incurrat atque offendat? Hæc sunt, de quibus Te perofficiosè certiorem facere & monere volui. Vale studiisque ac laboribus meis favere ne gravare. Dabam Holmiæ, ex Ædibus Molitorianis, Kalend. Octobr. Anno post CHRISTUM natum MDCCXXV.



Lecto-

Lectori benevolo
ELIAS BRENNER
S. P. D.

ETsi hoc loco non est animus mihi, pluribus exponere singularem in rebus firmandis illustrandisque usum, qui ex Numismatum eruditâ tractatione atque inspectione in publicum redundare solet, quandoquidem id, post occupatam à tot summis Viris operam, nil aliud esset, quàm actum agere: paucis tamen expediam, cui imprimis usui Nummorum Sveo-Gothicorum curiosa contemplatio nobis sit. Dubitandum quidem temerè non est, quin nostrarum æquè ac aliarum, quas cultior Orbis alit, gentium Historiæ sæpe multum lucis ab his indubitatæ veteritatis testibus mutuari necesse habeant. Etenim, unde quæso, nobis certissimè constaret, Tres Coronas vetustissima & propria Svethici Regni esse Insignia, nisi plures Regum Nummi, maximam partem diu ante trium, sub Margaretâ Reginâ, septentrionalium Regnorum connexionem, cusi, satis id superque testarentur evincerentque? Vel quomodò potiùs inertiæ atque ignaviæ culpam amoliemur, à nonnullis objectam nobis, perinde ac si vel ex Sæculo XVI. nihil ferè rei nummariæ hîc superesset, curioso Orbe dignum, quàm prolatis in medium Nummis, non ex proximis tantùm Sæculis, sed ex ipso insuper gentilismo reliquis? Ecqva etiam ratione verus Pecuniæ veteris valor, de quo multi hactenus quasi adversis frontibus pugnarunt, rectiùs demonstrabitur & cognoscetur, quàm si illum ex Nummorum archetyporum (quales vulgò *originales* nominantur) pondere ac materiâ diligenti examine atque scrutinio eruamus? Et quis Ordines noscet Equestres, à Sveciæ Regibus olim diversis modis institutos usurpatosque, nisi, postquam illi cum suis Au-

ctoribus esse desierunt, Tesseras eorum ac signa Nummi hodieque servarent? Ubinam frequentiùs, quàm in Nummis, apparent Regum & Principum Symbola, quæ tribus, quod ajunt, verbis, dilucidè tamen, ostendunt, quem in rebus agendis finem ante oculos sibi statuerint, & quam ex iisdem peractis gloriam sint consequti. Prætereà non pauca reperiuntur Numismata certis rerum eventibus memoriâ dignis, utputà Augustissimis Regum Natalitiis, Inaugurationibus, Nuptiis atque Exeqviis dicata: neque desunt, quæ prælia & insignes Victorias aliaque egregia & illustria facinora haud raro memorant. Quid, quod & Numismata, ab externis Principibus & Rebuspublicis honori & memoriæ nostrorum Regum consecrata, commonstrare possumus? Hæc & sexcenta alia, in Monumentis id genus metallicis, elegantis eruditionis recondita oblectamenta apud me effecerunt, ut, postquam naturali quadam animi inclinatione mirabilem in modum impulsus, jam inde à puero Nummorum Sveo-Gothicorum, ac præsertim quidem vetustorum, investigationi & cognitioni me seriò studiosissimèque dederam, subsequentibus annis intelligentiæ maturioribus, me hujusmodi propensionis factique adeò non piguerit, ut currenti potiùs calcar sit additum, ulteriusque alacriter progredi firmissimè constituerim. Neque defuit Fortuna conatibus nostris. Etenim permultos, ad id ævi latitantes prorsusque ignotos, Patriæ nostræ Nummos primus inveni detexique. Cumque, neglecto ferè apud nos isthoc studio, nemo anteà fuerit, qui continuam & non interruptam Regum Gubernatorumque nostrorum seriem, vel à trecentis retro annis, in monetis potuerit ostendere, ego in Patriæ decus ac commodum, meis sumtibus, ante annos complusculos aperui *Thesaurum Rei Nummariæ Sveo-Gothicæ*, duobus Libris dispertitum. In eo Nummi usuales, tum vetusti, jam inde à Paganismo, tum recentiores, à temporibus Regiminis *Gustavi I.* nec non Honorarii, quos vocant, seu Symbolici, ex ipsis Nummis archetypis (quorum veteres cunctos, recentiores verò plerosque ipse possideo) accuratè meâ manu delineatis, partim à me, partim ab aliis diligenter æri insculpti, exhibentur. Verùm cum deinceps, annis proximè elapsis, varii, antiqui ac recentiores Nummi in manus

incide-

inciderint meas, non exſtantes in dicto Theſauro, eò tamen meritò referendi; nata inde mihi occaſio eſt prædicti Theſauri, novâ Nummorum ac Commentationis acceſſione, per ſecundas curas non leviter locupletandi & adornandi. Vtque tandem Curioſi Orbis expectationi ſatisfiat, atque imprimis eorum, qui ex Gente cultiori Lucubrationes meas qualescunque in publicis ſcriptis ac privatis literis honorifico exceperunt applauſu, quodque earum adhuc reſtat, magnoperè deſiderant; nunc hoc meum Opus in lucem edere paro. Certâ interim ſpe nitor, fore id eò gratius & acceptius, quod (ut de ſumtu ſileam) non modò Nummis diligenter indagandis ac deſcribendis, ſed etiam ipſis exactè & penicillo & cælo exprimendis, multum laboris ſudorisque impenſum ſit. Priusquam autem, Benevole Lector, ad horumce Nummorum contemplationem accedas, pauca ſcire te velim, quæ è re tuâ fore exiſtimo. Et notandum quidem primùm, nullos ferè vel antiquos, vel recentiores, neque quos *Honorarios* ſeu *Symbolicos* vocant, hîc comparere Nummos, quos (aut aureos, aut argenteos, argentei verò plurimi ſunt, aut æreos) haud ipſe juxtà oculis manibusque uſurpaverim meis. Deinde, majori ſemper curâ animique ardore conquiſiviſſe me & notâſſe priſcos rariſſimos Nummos, atque diverſos eorum typos, quàm novos, & quales quotidiano commercii uſu omnium manibus teruntur. Quare poſt *Guſtavi I* ætatem nulla mihi ratio habita eorum, qui non niſi annorum deſignatione à ſe invicem differunt; neglectis etiam aliis minutiis, quæ Tibi faſtidio magis, quàm voluptati eſſent futuræ. Porrò, quod ad *Numismata Symbolica* attinet, ſolicitus fui de inveſtigandis præſertim & in apricum proferendis rarioribus illis atque antèa ignotis, quæ, in Patriæ gloriam, Hiſtoriæ memorabilibusque rerum eventibus lucem roburque addere, & niſi maturè publicatâ delineatione ſervarentur, propediem facillimè intercidere, adeóque æternâ oblivione obrui poſſent. Proptereaque curæ cordique mihi fuit, cùm intra, tum extra Patriam, ſive coram, ſive per literas jungere aſſiduéque colere amicitias cum Viris nonnullis, huic ſtudii generi maximâ cum voluptate deditis. Hos inter haud exiguo mihi adjumento fuit politioris literaturæ ſcientiâ Celeberrimus Vir, & nunc Auguſtiſſimi Ro-

manorum Imperatoris Antiquarius, Dn. Carolus Gustavus Heræus (Holmiensis) qui in peregrinationibus suis laudabili diligentiâ Svecica accumulavit Numismata, præsertim in æternam & gloriosissimam mirandarum Regis *Gustavi Adolphi* rerum gestarum memoriam passim per Germaniam signata, quorum magna pars ad hoc temporis Curioso Orbi incognita, nunc primùm hîc in lucem edita cernitur. Neque suâ laude defraudanda est benevolentia illa, qua sangvinis pariter ac amicitiæ vinculo mihi conjunctissimus Vir, & circa vitæ extrema Civitatis Holmiensis Consul Amplissimus ac prudentissimus, Dn. Martinus Nyman, me continuè complexus est. Hic enim postquam, me potissimùm svasore & impulsore, Numismatum Symbolicorum Svecicorum Collectionem orsus erat (quæ paulatim per multorum annorum solertiam eò perfectionis faustè processit, ut cæteris omnibus talium Numismatum apparatibus palmam præriperet) mihi semper æquè ac sibi ipsi ad eam liberum permisit aditum. Ipsa nunc (ut hoc obiter addam) ad Clariss. & Experientissimum Medicinæ Doctorem, Dñm Magnum Bromelium (hujusmodi aliarumque cognitione dignarum rerum felicissimum indagatorem) pervenit, suáque accessione, quos is à perquam Curioso, dum viveret, Parente (Dño Olao Bromelio, Doctore Medico Celeberrimo atque Exercitatissimo) hæres consecutus est, magno numero Svecicos Nummos, egregiè locupletatos, perbellè condecorat. Præterea notandum est, quod id genus Numismata, quæ iisdem Inscriptionibus & figuris in duplici vel triplici magnitudine apud harum Elegantiarum Cultores occurrunt, cujusmodi sunt Regis *Gustavi Adolphi* exequialia & Reginæ *Christinæ* inauguralia, hîc non nisi formâ amplissimâ à me exhibeantur. Similiter repetitione Capitum, quæ in lateribus adversis extant, supersedi, præcipuè si quando varia aversa latera ad unum tale pertinent Caput, quemadmodum Numismatibus Reginæ *Christi-*

næ

næ partim Romæ, partim in Patriâ cuſis aliisque accidit; tunc enim, Nummographorum more, Capiti, ſeu lateri adverſo primarium aſſignavi locum, quod deinceps ſubſequuntur latera averſa. Et ſicubi latera aliqua duabus lineolis combinata vides, id indicio eſt, quod ipſa unum componant Numiſma: quæ autem latus aliquod Capite inſignitum ſequuntur latera, lineolis illis connectentibus deſtituta, ea averſa ſunt, atque ad iſtud proximè præcedens Caput ſpectant, cumque ipſo diverſa conſtituunt Numiſmata. Denique, quanquam alio loco prolixiùs agere conſtituo de vario monetæ genere, valore & numerandi ratione, quibus Majores noſtri uſi ſunt, tamen, quod ad Nummorum diverſitatem attinet, ſcire juvat, priſcis temporibus tam hîc in Sveciâ, quàm apud omnes ubique populos vicinos (omnium enim rerum in univerſo Terrarum Orbe parva fuerunt initia) tenues tantummodò extitiſſe, & quotidiano uſui, non ſplendori, accommodatos Nummos; ex quibus minimi apud nos fuêre *Penningi*, quorum viginti quatuor *Oeram* conficiebant. Deinceps majores cudi cœperunt ac magis conſpicui Nummi, nimirum *Ortugæ*, quos Nummos olim Noſtrates Latinè vocârunt *Denarios*. Ex hiſce tres *Oeram*; viginti quatuor *Marcam* conſtituebant. Fabricati etiam ſunt *Semidenarii*, quorum ſex *Oeram*, quadraginta octo *Marcam* valebant. Utrique temporibus trium *Sturiorum* atque *Johannis ſecundi* erant frequentiſſimi, inprimis *Holmiæ* & *Aroſiæ* formati. Atque *Steno Sture junior*, anno demum 1512. primus multò adhuc majores cudi fecit Nummos, *Marcas* ſcilicet, quæ ſingulæ pretio etiam exæquabant viginti quatuor ipſius *Denarios*. Quin etiam *Guſtavus I.* ab anno 1522. usque ad Coronationis ſuæ tempus, paulloque ulteriùs, more veterum fieri juſſit *Denarios* & *Semidenarios*, additis inſuper *Oeris* trium *Denariorum*, quæ in quatuor diverſis locis, illius ævo, apud nos ſunt cuſæ, *Holmiæ* nempe, *Vpſaliæ*, *Aboæ* & *Aroſiæ*.

Sed

Sed qui diu multumque in vulgari uſu fuerant Nummi *denarii*, aliquantò pòſt planè deſierunt, grandioribus in locum eorum ſuccedentibus Nummis, *Thaleris* putà, ac *Semithaleris*, quales tum nuper apud alias Gentes in uſu eſſe cœperant, atque in hoc Regno primùm Anno 1534. in lucem prodierunt publicam. Circa idem tempus *Marcæ* noſtrates, ſeu Sveticæ, tam *duplicatæ* quàm *dimidiatæ*, & poſtmodùm aliæ quædam Pecuniæ ſpecies, divulgatæ ſunt. Et hæc pauca ſunt, quæ promulſidis loco, de noſtrâ monetâ ejusque uſu & valore diſſerere lubuit. Tu interim, Lector Benevole, Vale, &, ſi lubet, his fruere.




OLAVS

OLAVS. *Trætelia*

BIORNO A. Ch. 818

1 2 3





1 2
























ERIC *Sigursæl*


OLAVS *Skotkonung*







[illegible] pinx et sculp. [illegible] Brenner 1705



OLAVS TRÆTELLIA.



HIc inprimis ſciendum, Nummos Svecicos antiquiſſimorum temporum haud ferè niſi minutiſſimos, eosque argenteos reperiri.

TABULÆ PRIMÆ

Nummus Primus.

Eſt hic *bracteatus*, ſive ex laminâ tenui & ab uno tantùm latere ſignatus, exhibetque *Runam* ſeu literam Gothicam ᚢ *Vr* (quæ elemento Latino V reſpondet) inter tres Coronas, quæ ſingulæ trinis exornatæ ſunt margaritis. Eſt autem litera hæc prima Nominis *Olai*, quod *Vlf* ſive *Vlaf* veteres pronunciabant.

N. 2.

Tenuis quoque eſt, & Caput Regis barbati præfert rudi Minervâ formatum, Coronam gerens præcedentibus ſimillimam. Oculos duo conſtituunt puncta, totumque Caput ambit Circulus ex margaritis compoſitus.

N. 3.

Vultum ſiſtit, cum literâ Gothicâ ᚢ *Vr* à parte dexterâ, ſed il-

 lum

lum præcedente adhuc magis informem, utpote cujus singulas partes, præter nasum, globuli quidam efficiunt. Nummus etiam bracteatus est, sed prioribus paulò major, & ex puriori argento.

BIORNO.

Anno CHRISTI 818.

N. 4.

Hic pariter ab unâ duntaxat parte signatus est, & *Runam* ᛒ *Biark* exhibet, Regii nominis primum elementum: à cujus dextero latere semicirculus, à sinistro verò Crux conspicitur, Christianæ Religionis, tunc primum hîc exortæ & receptæ, indicium ac character.

N. 5.

Bracteatus, Elementum B cum quatuor punctis seu globulis præferens.

N. 6.

A parte adversâ, in ipsâ areâ, signatus Nomine BORNO.
A parte aversâ insignitus Cruce.

Observatione dignum, quod hîc Nomen BORNO, quemadmodum in Caroli Magni Nummo (qui inter Nummos hujus Imperatoris decimum occupat locum, apud Clarissimum *Le Blanc*, qualisque hîc prope Holmiam non ita pridem è terrâ erutus est) Nomen CAROLUS, totam oppleat aream, quodque litera O in BORNO, sicut illic in CAROLUS, pro more istius ævi, cæteris literis multò minor sit.

N. 7.

Adversus habet BORN in interstitiis Crucis.
Aversus Crucem.

Pari ratione Imperatores olim ac Reges in Nummis Nomina sua, si è quatuor composita sint Literis, Cruci interponere consveverunt: videlicet Imperator OTTO Magnus, Reges Daniæ (apud Tho-

Thomam Broderum Bircherodium, in Specimine antiquæ rei Monetariæ Danorum) SVEN. ABEL. ERIC. &c.

N. 8.

Tenuis est, & præfert Elementum B inter geminum globulum.

N. 9.

In unâ parte exhibet Literam B, Cruci quater interpositam. In alterâ Crucem.

N. 10.

Hinc figuram quandam habet, compositam è sex radiis ex medio loco prodeuntibus, & alternatim vel in unam sphærulam, vel in trinas desinentibus sphærulas.

Inde Cruce signatus.

N. 11.

Bracteatus, Elementum B, schemati triangulari inclusum, sistit.

N. 12.

Ab unâ parte figuram triangularem, cum incluso B exhibet. Ab alterâ, Crucem.

N. 13.

Hinc habet figuram quandam, constantem è radiis octo ex medio prodeuntibus loco, atque alternè aut in mucronem, aut in trinos globulos desinentibus.

Inde Fanum.

SIVARDUS FRO.

N. 14.

Laminâ est tenui, et signatus Elemento Gothico ᛋ *sun* (quod Latinum S valet) inter stellam Crucemque medio.

ERICVS VICTORIOSVS.

N. 15.

Pariter lamellâ exili est, præfertque monogramma, seu signum è tribus prioribus *Runis* Nominis EIRIKR conflatum.

N. 16.

Bracteatus idem habet ſignum, & appoſitos inſuper inferiùs binos globulos.

OLAVS SKOTKONVNG.

N. 17.

Pari modo bracteatus Regis Nomen OLAFR *Runarum* compendio ſiſtit.

N. 18.

Lamellâ etiam eſt tenui, atque primam Nominis OLAFR exhibet *Runam*, ac geminas inſuper infrà appoſitas ſphærulas.

N. 19.

Itidem tenui lamellâ eſt, Nomenque AVLAFR compendio *Runarum* præfert.

TAB. II.

Qui ſequuntur Olaviani Nummi, majores ac ſolidiores ſunt.

N. 1.

A parte adverſâ Caput Regis habet galeâ opertum, atque Nomen OLVF literis Gothicis &c.

Ab averſâ parte Crucem & literas quasdam lectu difficiles.

N. 2.

Caput Regis Sceptro inſignis, cum Epigraphe: OLVF REX SWEVORVM.

Crux, cum Voce CRVX in interſtitiis, atque Epigraphe: SNELLINC MOneta SIhtunæ.

N. 3.

Caput Regis Sceptrigeri: VLAVVS REX SVENOnum.

Crux, cum interſcriptâ Voce CRUX. Inſcriptio: IN NOMINE DNI (DOMINI) M. C. Quibus duabus ſiglis fortè deſignatur *Moneta Cuſa.*

N. 4.

Caput Regis, cum Sceptro. OLAF. REX. AN. SITVN. i. e. *Olaus Rex in Sigtunâ* ſeu *Sigtunæ.* Crux

OLAVS *Skotkonung*



ANVND IACOB



Ad editionem 2dam Thesauri Num Sveogoth.m coli pinx et sculps El. Brenner. 1705

Crux, cum interscriptis Literis CRVX. Epigraphe: GOdWINE MOATA (pro MONETA) AN. deest Vrbis Nomen, nempe SIHTVN.

N. 5.

Regis Caput cum sceptro. OLVF REX SWEVORVM.

Crux cum Voce CRVX in interstitiis, & inscriptione: GODWINE MOneta SIHTunæ.

N. 6.

Caput Regis Sceptrigeri. ONLAF REX AN SihTVnE i. e. *Olaus Rex Sigtunæ.*

Crux cum interscriptâ Voce CRVX, & Epigraphe: GOdWINE. MONATA (pro MONETA) SihTunensis.

N. 7.

Regis Caput galeatum. OLFAF ON SIDEI.

Crux. THREGR ON SIT.

N. 8.

Caput Regis galeatum. Epigraphe haud facilis lectu.

Crux. Literæ Epigraphes lectu etiam difficiles sunt.'

Majores ac solidiores Nummos Olavianos Nobilissimus Vir, Dn. Nicolaus Kederus, Amicus & Collega meus æstimatissimus, primus enucleavit, & quidem in Commentatione (Lipsiæ, Anno Salutis 1706 editâ) cui hic est Titulus: *Nummi aliquot diversi ex argento præstantissimi, nempe decem Olai* Sveci, *unus Anundi* Carbonarii, *ac unus Haquini* Rufi, *Sveciæ Regum; nec non unus Svenonis* bifidâ barbâ, *Daniæ Regis; omnes tellure Svecicâ olim absconditi, nuperque casu in apricum prolati*, &c. Vide eam sis.

ANVNDVS JACOBVS.

1026.

N. 9.

Adversus sistit Regem Sceptrigerum pectore tenus effictum, qui Capite pileum altum atque acuminatum gerit. Inscriptio hæc est: ANVND REX SIhtunæ.

Averſus Crucem præfert in medio annulatam, cum ſingulis annulis in quatuor ipſius interſtitiis. THORMOD ON SIHTVn.

N. 10.

Alterâ parte tres Coronas, ſed paulò elegantiores, & ferè in trianguli ſpeciem collocatas, cum intermedio A, Nomen Regis inchoante: Alterâ Leonem coronatum, cum tribus Fluviis (Gothiæ ſcilicet inſignia) oſtendit.

N. 11.

Tenuis & ab unâ duntaxat parte ſignatus, Literam A, cum ſuper impoſitâ Coronâ & ſingulis ad utrumque latus Roſis, præfert.

N. 12.

Bracteatus in circulo radiato literam habet eandem.

HAQVINVS RVFVS.

A. 1067.

N.

A parte adverſâ Caput Regis habet, cum addito ſceptro. Inſcriptio: AACVNE IGNVNDEI.

Ab averſâ Crucem, cum interſcriptâ Voce CRVX. Inſcriptio: REFEREN MOTA ON.

De hoc Nummo videatur omninò prædicta Commentatio Kederiana, pag. 52. & ſeqq.

PHILIPPVS.

1080.

TAB. III.

N. 1.

Adverſo latere præfert inter tres Coronas Literam P, Nomen Regis inchoantem.


Averſo Gothiæ Inſignia antè memorata exhibet.

RAG-


PHILIPPVS A Ch. 1080 RAGVALDVS KNAPHOFDE 1130



SVERCHERVS 1138




ERICVS. 9. 1150.





CANVTVS 1168



[illegible] collegit [illegible] E. Brenner [illegible]holmia 1714

RAGVALDVS KNAPHÖFDE.

1130.

N. 2.

Cum proximè præcedente consimilem habet notam, sive typum, excepto initiali R intermedio.

N. 3.

Ex tenui est laminâ, & Literam R sistit inter tres Coronas, more in Heraldicis hodieque usitato hîc primùm conspicuas: Sunt enim duæ suprà, & una infra collocatæ.

N. 4.

Elementum R quadruplicatum atque in Crucis speciem dispositum.

Crux.

SVERCHERVS II.

1138.

N. 5.

Litera S in medio trium Coronarum, ad trianguli formam, ut suprà, positarum.

Leo Gothicus tria flumina transiliens.

N. 6.

Hinc literam S exhibet aversam, cum globulis in gyrum dispositis.

Inde verò Coronam.

N. 7.

In circulo radiato elementum S cum Cruce appositâ sistit.

N.

Præcedenti similis, præterquam quod Cruce caret.

ERICVS IX.

1150.

N. 8.

Tenuis,

Tenuis, caput Regis coronatum, cum Epigraphe: ERICVS REX, exhibet, ubi inter Latinas literas duæ *Runæ*, nempe ᚢ *Vr* & ᛋ *Sun*, (V. & S.) conspiciuntur, veteris literaturæ, post susceptum Romanorum Alphabetum reliquiæ.

N. 9.

Eandem præbet effigiem, cum inscriptione: HERC REX.

N. 10.

Similem præcedentibus faciem monstrat, inscriptus Vocibus: HERICVS REX.

Ex vocibus *Herc* & *Hericus* facilè videre est, quàm familiaris veteribus Gothis æquè ac aliis Europæ populis fuerit appositio adspirationis H. Confirmat hanc sententiam locus illustris, qui extat in vitâ Ansgarii per Rimbertum S. Ansgarii Discipulum descriptâ, & in lingvam Svecanam â Nicolao Episcopo Lincopensi, ut ex cippo ejus clarè colligitur, ante trecentos annos translatâ, cujus quidem exemplar vetustum in membranâ eique admistâ chartâ calamo exaratum, atque in æde antiquâ & neglectâ Templi Cathedralis Aboënsis inter alia MSS. lacerata inventum, ego primus, quod præfiscinè dixerim, anno 1671 dum à Collegio Antiquitatum ad eruenda & colligenda gentis nostræ prisca Monumenta, in Finlandiam missus eram, à blattis & tineis liberavi, dictoque Collegio tradidi. Is locus ita habet p. 46. edit. Arhenianæ: *Inter quos etiam Præfectus vici ipsius & Consiliarius Regis admodum illi amabilis Herigarius nomine* &c. Quem ita vertit dictus Nicolaus Episcopus: **Och ibland thom war Foghoten ther i Stadenom Byrkö / Konungxsens höxste Radhgiware / som Konungen mykit ålskade / och han heet Herigar.** Hanc subnectens paraphrasin: **Oc thet är thet nampnet som nu kallas almännelika Eriker.** i. e. *Et hoc* (sc. Herigarii) *est illud nomen, quod nunc ab omnibus vocatur Ericus.* Conferri etiam potest Inscriptio Nummi Ludovici Pii, quem in libro cui titulus: *Traité Historique des monnoyes de France par M. Le Blanc*, invenies, ubi HLUDOVICUS cum H præfixo sæpe conspicitur. Obiter hîc memorare libet, quod prope Holmiam, non ita multos ante annos, inter alios veteres Nummos Germanicos, reperti fuerint duo, quorum unus erat Caroli Magni, ex asse ferè

con-

conveniens cum nummo decimo, quem illi prænominatus Le Blanc attribuit, excepto parvo Crucis signo, quod in facie aversâ ad basin literæ F positum est; alter verò Ludovici Pii, geminus tertio nummo hujus Imperatoris, apud dictum Le Blanc expresso, ubi itidem HLUDOVICUS. Et ex synchronismo conjecturâ non levi assequi licet, istos nummos, circa initium sparsæ in hoc Regno Doctrinæ Christianæ, huc importatos fuisse.

N. 11.

Cum eâdem imagine hanc habet epigraphen: HERICVS. Quamvis literæ sat evidenter in hoc nummo appareant, non tamen nisi ab iis, qui in his Antiquitatibus probè sunt versati, facilè leguntur.

N. 12.

Cum prioribus ejusdem planè magnitudinis est; literis tamen paulò majoribus, epigraphen habet hanc: ERIC R S. sed figura in medio ejus, (quæ fortè Scapha seu Cymba) non satis conspicua.

N. 13.

Caput Regis habet, & literis, ex errore Artificis, inversis, inscriptionem: ERICVS REX.

N. 14.

Ostentat gladium in vaginâ reconditum, mediumque inter hasce literas E. R. quibus designatur *Ericus Rex.*

N. 15.

Dimidiam Regis faciem exhibet, coronam ex meris unionibus in capite gestantis: a latere hæ duæ extant literæ E. I. quæ procul dubio denotant *Ericum Jedvardi*, cujus ille erat filius, more nominandi hîc frequentissimo.

N. 16.

Adversâ parte literam E inter tres Coronas, in trianguli speciem dispositas ostendit.

Aversâ parte Gothica insignia.

B *N. 17.*

N. 17.

Proximè antecedenti ferè similis, nisi quod inter tres Coronas, loco literæ E, crux apparet.

N. 18.

Bracteatus, Portam præfert Vrbis, erectâ superius Cruce, & ad latus dexterum Stellâ, atque ad sinistrum Lunâ, conspicuam.

CANUTVS.

A. 1168.

N. 19.

Adversus tres coronas habet cum intermedio elemento K, Regii Nominis primo.

Aversus autem Gothiæ Insignia.



N. 20.

Ex tenui est argento & Caput habet coronatum, cum his ei additis literis: KNVT. KEX. S.

Ex hac Canuti Regis monetæ Inscriptione, mihi in mentem venit observatio Philologica de litera Romana C, quam cum inter suas *Runas* majores nostri non invenerint, ceu superfluam ac minus necessariam rejecerunt, & ejus loco *Runam* sororem, ᚴ *Kaun* nominatam (quæ unius ductus additione fit Græcorum K) ceu sibi magis notam & familiàrem usurpaverunt. Exempla sunt passim obvia in variis vetustis monetis. Sic pro CANVTVS nostrates scripserunt KANVTVS & KNVT, nec non pro CAROLVS, scripserunt KAROLVS. Contrà in aliis Regnis, quorum incolæ nullam sibi propriam habuerunt scripturam, antequam à Romanis illam sint mutuati, accidere solet, ut, more Romanorum, adhibitâ literâ Romanâ C, exprimant & scribant vocem KANVTVS, aliasque huic similes. Id videre est in inscriptione Numorum Anglicorum Regis CANVTI Magni (quorum satis magna copià inter alios his in oris effodi solet) & Regis CANVTI Duri, qui, longo ante nostrum Regem KANVTVM tempore, Angliæ regno præfuerunt. Britanni

SVERCHER, 3 1197 — IOHANNES 1219.




ERICVS BALBVS. 1223






VALDEMARVS. ET BIRGERVS IERL PROREX 1251














MAGNVS LADVLÁS 1277.















BIRGERVS MAGNI. 1291.







Ad editionem 2dam collegit pinx. et sculp. El. Brenner 1714

tanni enim ex Italia primùm, tempore Julii Cæsaris, qui illos ditioni Romanæ adjecit, suas adepti sunt literas: Nostrates autem ab ultima antiquitate proprias & peculiares conservaverunt usque ad tempora introducti Christianismi: qua occasione *Runas* suas cum literis Romanis sensim commutaverunt. Non tamen negaverim, Nostrates in scribendis vocibus merè Latinis sæpè & quidem ubique ferè usos esse Romanorum literâ C. Sed locum præcipuè habet observatio nostra in iis vocibus, quæ sunt Sveticæ aut Gothicæ, ac inprimis in nominibus propriis Latinitate donatis, ut in KANVTVS, KAROLVS, aliisque consimilibus. Neque solum in monetæ inscriptione usus literæ K obtinuit, sed etiam in Diplomatibus.

N. 21.

Etiam bracteatus Regis effigiem, dexterâ gladium tenentis, exhibet, cum literis: KANVT R. SV.

N. 22.

Bracteatus itidem Caput coronâ opertum præfert, cum literis: KNVT REX.

N. 23.

E lamellâ etiam est, atque insignitus Capite coronato & Epigraphe: KNVT R. SV.

SVERCHERVS III.

A. 1197.

TAB. IV.

N. 1.

E tenui bractea est, & S initiale coronatum, inter duos annulos ostendit.

JOHANNES I.

A. 1219.

N. 2.

Adverso latere primum nominis elementum I inter tres Coronas, modo antè memorato junctas, exhibet.

Averso verò Leonem Gothicum sinistrorsum more insveto positum, omissis tribus fluviis.

N. 3.

Bracteatus, Caput sistit aut Draconis aut Avis, & epigraphen: IOHANNES.

N. 4.

Bracteatus itidem, figuram habet nescio quam, & Nomen IOHANNES.

ERICVS BALBVS.

A. 1223.

N. 5.

Ab alterâ parte primam exhibet literam Nominis *Erici.*

Ab alterâ Coronam, cui stella inter duos globulos subjacet.

N. 6.

Lamellâ exili est & E coronatum præfert in circulo simplici.

N. 7.

Tenuis quoque Elementum E in circulo simplici ostendit.

N. 8.

Pari modo tenuis, sed aliquantò minor, idem Elementum sistit.

N. 9.

Tenui etiam Lamellâ est, atque eandem Literam, sed in circulo quasi dentato, repræsentat.

VALDEMARUS
ET
BIRGERVS IERL PROREX.

A. 1251.

N. 10.

Bra-

Bracteatus elementum V geminatum (Nominis *Valdemari* sive *Waldemari* inchoativum) in Circulo radiato, vel, si mavis, dentato præfert.

N. 11.

E tenui quoque est lamellâ, elementum V atque inde exsurgentem figuram quandam, Arbori haud absimilem, repræsentans.

N. 16.

Bracteatus itidem Literam V cum superimpositâ Coronâ præfert.

N. 17.

Bracteatus qvoqve, cum literâ V, inter duas Coronas adversas, superiorem ac inferiorem.

N. 15.

Hinc Coronâ est signatus.

Inde verò Leone.

N. 12.

Ab unâ parte Capite insignitus est coronato.

Ab alterâ verò Castello tribus Turribus conspicuo, ad eum ferè modum, quo in antiquo Civitatis Stokholmensis sigillo, quod in Vrbis Archivo asservatur, etiamnum conspici potest.

N. 13.

Vno in latere simile Castellum conspiciendum præbet.

In altero Leonem.

N. 14.

Hinc Turrim, Tribus Coronis inclusam, exhibet.

Inde Leonem Gothicum.

Fuit Birgerus primus Arcis & Vrbis Stokholmensis Conditor, in cujus rei perennem memoriam Turrim nummis jussit imprimi, unde, sine dubio, vetusta Urbis Insignia (tres nempe turres) suam trahunt originem.

MAGNVS LADVLÅS.

A. 1277.

N. 18.

In alterâ parte literam M, Nominis inchoativam, inter consvetas tres Coronas:

In alterâ Leonem Gothicum ostendit.

N. N. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Seqvuntur septem hujus Regis nummi, qui ut magnitudine, ità quoque eo aliquantùm differunt, qvod eorum quidam in circulis quasi ex lapillis ovalibus compositis, quidam verò in simplicibus orbibus M Romanorum exhibent.

N. 26.

E tenui est bracteâ, Crucem inque ejus interstitiis literas AROS, quæ Urbem *Arosiam* signant, præferens.

BIRGERVS MAGNI.

A. 1291.

N. 27.

Adversâ parte initiale B inter tres Coronas, modo antè dicto junctas, ostendit.

Aversâ Leonem Gothicum.

N. 28.

Tenuis eandem literam, sed coronatam inter Stellulam & annulum conspiciendam præbet.

N. 29.

Adversâ parte eandem literam, ex lineis crassioribus & cancellatis constantem, cum uno puncto â dextero latere, & tribus â sinistro, exhibet:

Aversâ autem insignem Coronam.

N

Priori ferè similis, nisi quod in parte adversâ, loco punctorum, â dextero duntaxat latere rosam ostentat:


In aversâ verò Coronam undique cancellatam, cum geminis punctis ad utrumque latus & rosâ inferiùs.

MAGNVS ERICI SMEK.

A. 1319.

TAB.


MAGNUS ERICI SMEK 1319.




ERICUS MAGNI. ET HAQVINUS *fratres* 1360.



ALBERTUS.1363.



MARGARETA.1395



El Brenner delin. *Sartor [illegible]*

TAB. V.

N. N 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Hujus Regis extant Nummi, ſinguli literam M (Regis Nomen denotantem) ferentes, non planè unâ ratione formatam: quippe unus & literam & faciem ſimul humanam (Regis ſine dubio) inſipido & Monachis olim conſveto artificio, præ ſe ferre videtur: duo coronam ſupra literam habent; unus confectam ex Margaritis, alter radiatam: reliqui deindè alio atque alio ornati ſunt circulo, & magnitudine denique non parum inter ſe differunt.

ERICVS MAGNI.

A. 1360.

N. 13.

In primâ parte clypeus extat cum Seciæ Inſignibus, tribus nempè Coronis, hodierno more poſitis, atque inſcriptio: ERICUS. REX. SWECIE.

In alterâ A coronatum, *inſigne* Vrbis *Aboæ*, cum literis: MONETA. ABOENSIS.

Elegans eſt *Ortuga*, ſeu *Denarius.*

Hoc loco obſervandum, totius Seciæ ditionem iſto tempore fuiſſe inter hunc Regem Ericum ejusque Patrem Regem Magnum *Smek*, conſentientibus Regni Ordinibus, diſpertitam, ita ut Pater Seciam ac Gothiam; Filius verò Finnoniam ac Scaniam cum nonnullis aliis terris obtinuerit. Quam diviſionem pertæſâ Erici Mater Regina Blanca, Comitis cujusdam Namurcenſis filia, ipſum poculo venenato è medio ſuſtulit. Et quamvis nonnulli ex hiſtoricis noſtris in Regum recenſione hunc ſilentio prætereant Ericum, quod totius Seciæ non conſecutus ſit regimen, teſtantur tamen unà cum hocce nummo haud pauca tam Aboæ (ubi plurimum reſidebat) quam alibi data diplomata, eum pleno uſum fuiſſe Titulo Regio, hunc in modum: *Ericus Dei gracia Svecorum Gottorum Rex ac Dominus*

minus terræ Scaniæ. Certum est, Aboam, jam inde à temporibus hujus Erici, secundam fuisse à Stokholmia Urbem monetariam in toto hoc Regno; plures enim post illum Reges nostri dicto loco suas habuerunt officinas cudendæ monetæ: quod perspicuè liqvet ex nummis Erici Pomerani, Christophori Bavari; Caroli Canuti, & Inter-Regis Stenonis Sture Senioris, sub nomine Sancti *Henrici*, Finnorum tunc Patroni, nec non Gustavi Primi.

HAQVINVS
FRATER ERICI MAGNI.
N. 14.

Magno *Smek* Regi ex Blancâ Conjuge duo nati sunt filii, Ericus & Haquinus. Natu major Ericus, communi Regni Ordinum consensu, ut antè diximus, in imperium unâ adscitus est. Quæ res tantùm Parentibus ejus displicuit, ut per insidias ipsum necari curarint. Hoc facinore exteris Regibus aperta janua invadendi vastandique Regnum Sveciæ. Junior natu Haquinus, Parentis pariter ac Regni Ordinum suffragiis Rex Norvegiæ constitutus est, quæ illo tempore Regi Sveciæ parebat. Pater, post mortem Regis Erici, filii sui, exitiosissimum continuans Regimen, vitâ spurcissimâ Regium dehonestavit nomen: abalienavit à Regno Sveciæ varias Provincias, quibus augere potiùs avitum par erat: Proceres in exilium ejecit: fidem datam ac jus jurandum violavit: perniciosa cum Sveciæ hostibus fœdera iniit. Hinc factum est, ut Regni Ordines Haquini filii (Norvegiam tunc benè ac laudabiliter regentis) operam implorarent, ad compescendam Regis atrocitatem, nec segnis ille comprehensum Patrem, in Templo Calmarniæ, arci ejusdem Urbis inclusit. Eodem tempore conventum est, uxorem Haquino ducendam esse Elisabetham, Henrici Holsatiæ Comitis Filiam. Mittuntur sine ullâ morâ Legati, qui cum Comite agerent & sponsam adducerent. In reditu verò, navis, quæ Virginem & Legatos vehebat, tempestatis turbidæ injuriâ ad Danicum littus adpulsa est, ubi singuli captivorum in morem detenti, donec Valdemarus, Rex Daniæ, subdolè cum Magno Rege Sveciæ egerat,

ut,

ut, spretâ Elisabethâ Holsaticâ, Margaretæ filiæ nuptias Haquinus Rex ambiret. Causa fuit & origo matrimonium hocce Svecis perniciosissimæ postmodùm conjunctionis trium Regnorum, Sveciæ, Daniæ & Norvegiæ.

Rarissimus hic & huc usque ignotus Regis Haquini Nummus in Dalecarliâ inventus est, & quidem in confiniis Norvegiæ, mihique a Perillustri Barone Domino Nicolao Gripenhielmio, Provinciæ illius Gubernatore, Anno MDCC. missus ac dono datus. Materiem si spectes, vilior est, ut cæterorum veterum Norvegiæ Nummorum.

Exhibet una pars Caput Haquini, crine breviori, cum coronâ apertâ, hac circumdatum Inscriptione: HACWINus DVX NORWEGIE.

Altera pars Crucem inter qvatuor Rosas, additis vocibus: MONETA EASLOIA.

Percussus videtur quo tempore adhuc vixit Pater ejus atque in Sveciam & Norvegiam imperium exercuit. Hinc & forsitan Filius, veneratione erga Patrem, non *Regem*, sed *Ducem* Norvegiæ, in Nummis se appellari passus est. Notatu autem dignissimum, quod, etsi Ducem solùm se nominet, Caput tamen Coronâ ornatum voluerit, discriminis loco, à Ducibus illis Norvegicis, qui per electionem solùm Regno illi præerant. Hoc egregiè confirmat Nummus Philippi Ducis Norvegiæ, Asloæ quoque percussus, ubi Ducis Caput, non Coronâ, sed Serto cinctum reperitur, Haqviniano nostro cætera haud absimilis. Exhibet hunc Vir Clarissimus, Thomas Broderus Bircherodius, in superiùs laudato Specimine Rei Monetariæ Danorum. Coronâ itaque usus est Haquinus, ad hæreditarium suum in Coronam Norvegiæ jus indicandum. Vrbs *Easloja*, ubi Nummus cusus est, aliàs *Aslo* vocatur & *Opslo*, nunc *Christiania*, in memoriam Restauratoris sui Christiani IV. Ex Annalibus priscis notum est, sedem Haquino fuisse Aslojam; ibique mortuus est Anno 1380. d. 1. Maji, referente Erico Olai. Conferatur etiam Arildus Hvitfeldius.

N. 15.

Adversus Caput coronatum habet ac Literas: HACWINVS REX.

Aversus autem Crucem & Literas Oedipo Lectore indigentes.

Hic rarissimus etiam Nummus posteà inventus est: in quo Haquinus noster *Regis* nomine gaudet.

ALBERTVS.

A. 1363.

Denarii Stokholmenses.

N. 16.

Adversa facies caput habet S. Erici coronatum (quod jam tum pro insignibus gestare cœpit Stokholmia) atque inscriptionem: ALBERTVS REX.

Aversa autem dimidiam crucem inter tres Coronas, quarum inferior superioribus duabus aliqvantò major est, nec non inscriptionem: MONETA. SWECIE.

N. 19.

Eosdem utrinque cum hujus Regis primo N. habet typos: epigraphen verò in primâ parte talem: ALBERT: DEI: GRACIA; In alterâ tamen: MONETA. REGIS. SWECIE.

N. 18.

Clypeus cruci incumbens tres Sveonum coronas habet, more hodie solito junctas, cum inscriptione: ALBERTVS REX.

S coronatum cum minusculo P à parte sinistrâ & inscriptione: MONETA SWECIE.

N.

Hic proxime antecedenti planè geminus, præterquam quod aversus à parte dexterâ literæ S. minusculum exhibet I.

Literæ S. P. & I. S. P. in areâ aversâ horumce Nummorum, cum iis, quæ in peripheriâ extant, conjungi debent & sic legi: *Moneta Seciæ Stokholmiæ percussa*, & *Moneta Seciæ in Stokholmiâ percussa.* Neque enim infrequens fuit Romanis quondam eodem quoque modo locum signatæ monetæ indicâsse, ceu inter alios ex nummo æreo liquet Joviani, in cujus aversæ partis exergo hæ conspiciuntur literæ: VRB. ROM. P. i. e. *Urbe Romæ percussus.*

Dena-

TAB.XII.

ADDENDI.

ALBERTVS




CAROL9 CAN.




ADMINISTRAT. ET ORD R SV



CHRISTIERN9 I.



ST. STVRE SEN.



MON ABOENSIS IN MEMOR. S. HENRICI



IOHANNES II.







STENO STVRE IVNIOR.







El. Brenner collegit et sculp. 1701.

Denarii Calmarienses.

N. 17.

C coronatum, additâ epigraphe: ALBERT: DEI: GRACIA.

Coronæ tres, cruce mutilâ discriminatæ, & verba: MONETA KALMaRNIæ.

TAB. Addendor.

N. 1.

Itidem C coronatum habet, sed inversum, cum inscriptione: MONETA KALMARNiæ.

Coronas totidem, cruce tamen paulò aliter sejunctas, monstrat, unà cum inscriptione partis adversæ repetitâ.

MARGARETA.

A. 1395.

TAB. V.

N. 20.

Tenuis atque ab unâ tantummodò parte signatus, caput Reginæ coronatum & adversum exhibet.

Hic nummus ab Antiquariis omnibus uno ore tribuitur Margaretæ propterea, quod in annulo ejus signatorio similis imago invenitur.

N. 21.

Vnâ parte Caput Reginæ coronatæ directâ fronte exhibet.

Altera O, vel potius Ö, literam initialem nominis *Örebro*, quo antiquum Nericiæ oppidum nuncupatur.

Hic nummus ob similitudinem aliquantam, quam cum parte sexûs fæminei verecundiore inscripta averso lateri figura habet, vulgo amplissima garriendi materies hactenus fuit: quin & doctis ac gravibus non rarò imposuit Viris, dum illorum varia subivit interpretamenta. In re levi prolixiùs excutiendâ, operâ fortè abuti quibusdam videbimur: sed Patriam nobis semper charissimam, & Reginam haud incelebrem ut ab inustâ sibi maculâ, quantum quidem per nos steterit, vindicaremus, veritatis studium à nobis exegit. Omnis hujus sive erroris sive calumniæ duplex origo: Una

C 2 est

est, quod plerosque lateat priscus & ante Margaretæ tempora introductus mos signandi monetam literâ initali nominis aut Principis, cujus auctoritate, aut loci, in quo, cudebatur. Solum nomen Principis vel Regis in multis indicatur nummis, ante tempora Erici Magni & Alberti Megapolitani cusis; atque in his A significat Anundum, B Biornonem vel Birgerum, E Ericum, J Johannem, K Kanutum &c. Sed postquam Regum nomina in adversâ nummi parte integris literis exprimi consveverunt, promiscuè nomen vel personæ publicæ, cujus jussu, vel loci, ubi cusus fuit, ponitur. Sic nomen loci in nummis, sub Erico M. & Alberto percussis, semper, & nomen personæ in iis, qui sub Erico Pomerano aliisque subsequentibus Regibus fabricati sunt, sæpe denotatur. In uno Erici Pomerani nummo cernere quoque est binas literas initiales, qvarum altera in adverso latere Regis, in averso loci nomen denotat. Quid, obsecro, obstitit, quominus & Margareta ad exemplum suorum Antecessorum Erici M. & Alberti, diphthongum Ö tanquam primam literam loci sc. Örebroæ, in monetâ illic à se percussâ, extare vel permitteret vel juberet? Altera verò & fortè præcipua causa hæc est, quod & sonum & figuram diphthongi Ö, quæ septentrionalibus populis in usu est, exterorum plurimi, & figuram ejusdem, qvalis apud Danos, & vetustioribus temporibus & etiamnum usurpatur, nostrates ferè omnes ignorent. Ista verò apud nos paulò crassiùs sonat ac Latinorum OE. Ad Figuram ejus quod attinet, in libris impressis illâ nos Germanique utimur communi; Sed Danis talis est: Ø. His ad gubernacula regni admissis, cum & lingva nostra genuina multum labis contraxerit ex adfini Danicâ, mirum nemini esse poterit, quod Regina Margareta Danicam diphthongi Ö figuram in suâ monetâ Örebroæ cusa exprimi voluerit. Et eandem figuram ab ipsis illis temporibus, in omnibus mensuris & ponderibus etiamnum servat dicta Örebroa, ad morem aliarum Urbium, quæ primam nominis sui literam ejusmodi rebus inprimere solent. Si quis conferre velit figuram literæ O, quæ in nummis circa isthæc tempora percussis apparet, cum figurâ in hoc nummo expressâ, parum aut nihil discriminis inter illas inveniet,

veniet, dummodò proportionem; quæ inter majusculas & minusculas literas intercedere solet, curatiùs observet. Qvin & O majusculum coronatum, initiale nominis *Olai* Sancti, Norvegiæ Regis ac Patroni, in monetâ Norvegicâ videre est, quod sanè non multum dissimile est illi O, quo Margareta signandam curavit monetam Örebroënsem. Istam monetam Norvegicam expressimus in tabellâ æneâ speciali, quæ sistit nummos antiquos Danicos & Norvegicos, in illa serie, quæ est nummorum Norvegicorum. Huic figuræ literæ O superinduc lineolam à sinistrâ parte superiore versus dextram partem inferiorem, & habebis Danorum diphthongum Ö. Et certè, si quis exactiùs attendat, hujus lineolæ vestigia non obscura invenire est in hoc eodem, qui nobis ad manus est, nummo: sed quoniam conjecturis nunquam inniti solemus, in nostrâ hac delineatione contenti fuimus, simplicem ductum literæ O, omissâ lineolâ, designare. Noster enim nummus ex hoc genere unicus est, quem oculis usurpaverimus: lineolam igitur istam appingere supersedemus, donec alium, in quo ea clarior extet, invenire contigerit. Sufficere interea poterit simplex vocalis O, ad designandam Urbem Örebroam. Quorsùm verò, inquies, istud punctulum, quod in medio tuæ figuræ exhibet nummus, de quo agimus? Sciendum est, Cælatores monetarum priscis temporibus non eò perfectionis venisse, quò nostris. In cælandis matricibus nummorum rudiùs usi sunt circino, cujus vestigium est illud punctulum, quod in monetis vetustis passim atque ubique ferè cernitur. Possidemus ipsi nos matricem ferream nummi alicujus sub Stenone Sture juniore percussi, quam alibi delineabimus, in qua hujusmodi punctulum, à circino expressum, adhuc apparet in medio literæ S. Nobis jam satisfecisse videmur illis, qui obscœni & honestâ Reginâ indigni aliquid in nummo hoc nostro denotari censuerunt. Restat scrupulus, quem movet Celebris Danicarum rerum Scriptor, Arildus Hvitfelt, in Chronicis Daniæ, qui, cum in eo sit, ut Reginam Margaretam ab imputato hoc impudentiæ crimine absolvat, diphthongum quidem Ö unà nobiscum in nummo hoc intelligi asserit, sed cum ap-

 plica-

plicatione vel ad Örebroam, ubi cusus erat, vel ad Örtugam, cujus valorem æquaret. Priorem opinionem jam stabilitum ivimus; sed altera cur non perstare queat, nobis nunc explanandum venit. Noster hic nummus neque magnitudine neque bonitate æquat Ortugam seu denarium; &, quod caput rei est, nunquam, ante Gustavi I. tempora, in monetis nostratibus, illarum valor exprimi consvevit. Nam is varietatem nummorum multiplicem primus introduxit, & successu temporis in quibusdam valorem exprimi curavit. Ericus Olai, S. Literarum Doctor & Professor Ecclesiæque Upsaliensis Decanus, qui sub Carolo Canuti vixit, in suâ Svecorum Gothorumque Historiâ Latinè scriptâ, & tandem per Johannem Messenium Holmiæ 1615 primùm editâ, hanc de Margaretæ nummo sinistram interpretationem, primus quantum quidem constat, publicavit. Is p. 277. ita habet: *In perpetuum ludibrium & opprobrium regni monetam quandam instituit* (Margareta) *turpitudinis sexus sui insignia præferentem.* Et hunc sequuti plures alii, famam ejus nummi ad exteros etiam transtulerunt, qui cum ductum & figuram Danicæ Diphthongi Ö æquè ac nostrates fortassis nunquam anteà vidissent, eandem semper cantilenam cum hisce cantârunt. Brevitas quoque temporis, quo, post impetratum imperium Svecanum, Margareta hîc regnavit, rara ut esset moneta illius, effecit, & ut rarior adhuc fieret, sinistra illius interpretatio. Nam eapropter à Curiosis anxiè conquisita est, & cùm successu temporis nihil ferè ex illâ præter famam invenire possent, pro suâ ingenii fertilitate illam quisque finxit, ut voluit, & quamcunque monetam offendebant peregrinam, in qua lepidam aliquam vel obscoenam formam animadvertere sibi visi sunt, illam statim hanc Margaretæ esse contendebant. Hanc injuriam communiter expertus inter alios est nummus Siamensis, parvam nucem avellanam magnitudine non excedens; est quippe insolitæ figuræ, &, si spectatorem nimis curiosum nactus fuerit, ipsum situm partium naturalium, quas fœminæ occultant, referre videbitur. Dum enim genuinum olim quæsivimus, cujus figuram memo accuratiùs laudato Hvitfeldio describit, multi, ex ignorantiâ, pro hoc genuino nobis sæpenumero istum Siamensem obtrudere voluerunt. Qvem tamen statim ex impressis cha-

characteribus Siamensibus agnovimus esse exoticum, & in Europam transvectum. Cui placuerit, is consulere poterit Tavernierum in appendice ad Itinerarii sui Partis II. Librum III. ubi agit de monetâ Siamensi, & figuram potissimùm qvintam consideret. Hujus Siamensis nummi fortassis non meminissemus, nisi Cl. Tenzelius in suis Ephemeridibus, Mens. Aug. A. 1694. p. 657. subindicâsset, se quoque de tam absurdâ nummi Margaretæ figurâ aliquid inaudivisse, illamque explosisset. Cui ut non minùs quàm aliis ratio fabulæ constaret, verborum parci esse noluimus. Nec filum orationis abrumpemus, antequam probaverimus, causam, cur Svecis insultaret Margareta, nullam fuisse, & quam communiter allegant, veritati non esse conformem. Id ut faciamus, inter alia, ansam nobis dederunt citata à Tenzelio l. c. verba cujusdam scriptoris Germani, quæ Latinè versa ita sonant: *Postquam Reges Norvegiæ & Sveciæ superaverat* (Margareta) *in opprobrium Sexûs Masculi monetam argenteam, aliquantulum rotundam, cælari curavit, quæ integra Muliebria ex omni parte referret.* Cui basi superstructa sint ultima verba, ex jam dictis satis puto liquere; at nunc de primis videbimus, an vero sint similia. Magnus Smek, Rex Sveciæ & Norvegiæ, duos habuit filios, Ericum & Haquinum. Alterum præfecit Finlandiæ & Scaniæ, cum spe & jure successionis in Regnum Sveciæ post mortem suam; sed is a propriâ Matre Reginâ Blancâ, veneno interemtus est, propterea quod Patrem regno Sveciæ, volentibus tamen Proceribus, exuere conatus erat. Alterum verò Regem Norvegiæ constituit; atque is solenni more per Legatos suos sibi despondendam curaverat Elisabetham Comitissam Oldenburgensem, sororem Comitum Holsatiæ. Hoc connubium, ceu regno suo parùm profuturum, disturbabat Rex Daniæ Waldemarus, suamque Haquino filiam Margaretam, undecim tantùm annos natam, artibus adjutus Magni Smek, collocat. Qua ratione filius Patrem è Regno ejecerit, captumque posteà restituerit, non attinet hîc dicere. Sed è vitâ tandem excessit Haquinus, relicto unico filio Olao. Hic, qui paulò anteà Danorum Rex electus erat, regnum quoque paternum (sc. Norvegicum) jure hæreditario capessit, & Mater Margareta, quâ administrante, regnum Daniæ antea rexerat impuber,

illius

illius assidua comes & secretorum omnium gnara fuit. Fatis cessit Olaus in optimo flore ætatis, & Margaretam Matrem regnorum suorum reliquit hæredem, singulis posteà provinciarum suffragiis electam ac confirmatam Reginam. Quæ, cum jam Daniæ & Norvegiæ fasces obtinuisset, Sveciæ inhiare simul occœpit. Favit occasio votis. Nam Pater Haquini, Margaretæ mariti, Magnus Smek, ob iniquam & imprudentem regni administrationem, è solio deturbatus Regio, jam fatis cesserat: &, qui in locum ejus suffectus erat, Albertus Megapolitanus, non illo majorem apud Sveones gratiam merebatur. Indigenis enim spretis & neglectis, Germanos & præcipuè Populares suos, magno numero huc accitos, immensis & honoribus & divitiis beat, regnumque miserandum in modum depopulatur. Frequentissimè admonito Regi, cùm nulla ampliùs spes esset, ut in frugem rediret, minitantur tandem Proceres obedientiæ detrectationem, volente, imò ut id facerent, efflagitante universo ferè populo: & tandem fide publicè renunciatâ, vim vi repellunt. Sic ad bellum intestinum ventum est. Pars enim civium regni adhuc cum Alberto & Germanis faciebat, quorum ingens multitudo argento comparata, ad coërcendos Svecos ex Germaniâ confluxerat. At Magnates, de successu rerum suarum soliciti, in auxilium vocant Margaretam: quæ nisi ad Principatum eveheretur, inde deturbato Alberto, se negat in partes illorum ituram. Hanc sibi dari conditionem licet ægrè ferrent Sveci, tamen illam, quàm præsentem, malebant, & sceptrum Margaretæ ultro deferunt. Hæc autem blandissimis & ad clementiam compositis adhortationibus, largisque auxiliorum promissionibus, quod clam antehac fecerat, jam palam Svecorum animos lactat: tantumque effecit, ut Alberto quàm maturrimè imperium abrogarent.

Cumque hos & Germanos callidè commisisset, inter illos dubiâ & ancipiti fortunâ diu pugnatum est. Tandem verò Albertus cum suis, quibus unicè fidebat, Germanis, â Svecis in campis Westro-Gothiæ magnâ clade prosternitur, & ipse captus unà cum filio Erico, ad Margaretam deducitur, quæ in loco maritimo Lösen, ubi nunc situm est Gothoburgum, prope Bahusiensem arcem, even-

eventum prælii præstolabatur. Acerrimum enim fuit, cùm in illo, præter reliquam occisorum manum, quæ numerosa erat, Albertus novendecim, & Sveci, qui à partibus Margaretæ stabant, octo Equites, simulque unum Reginæ, amiserant. Post hæc feliciter gesta, Margareta literas Ludosiâ mittit ad Ostro-Gothos vicinosque populos, ut in fide, quam sibi dederant Delegati Procerum regni, fideles persisterent, adhortans, simulque de Gratiæ suæ ubertate illos faciens certiores. Et sic tandem facilè impetravit, ut communibus Ordinum suffragiis Reginà Sveciæ facta sit. Hæc eò scribimus, non quod negemus, ullas suppetias, durante hoc tumultu intestino, Svecis à Margaretâ latas fuisse, aut unum alterumve Danum copiis Svecorum interfuisse; sed ut sciant omnes, Albertum, civibus suis odiosum, & ab illis devictum, ludibrium fortunæ & Margaretæ debuisse. Et si quos Margareta posthac in Sveciâ debellavit, illi à partibus Alberti pertinaciter steterunt, & virtute Svecorum illos subegit: atque horum præcipui & plurimi erant Germani, quibus non solùm regnum dilacerandum, sed & castella tuenda concrediderat Albertus. Ita omnes nostri scriptores, & ita quoqne ipsi Dani tradunt, nisi quod interdum, partium studio ducti, quædam subticent, aut dissimulant, quæ ad gloriam nostræ gentis facere videantur. Quæ ergo Margaretæ causa ludificandi Svecos: à quibus imperium & fasces ultro aecepit? Id tamen non possumus silentio involvere, quod promissa & pacta Genti nostræ non servaverit inviolata: sed utrum id ex metu populi bellicosi, an verò ex vindictâ injuriarum Marito suo Haquino illatarum id fecerit, an denique utraque de causa, id haud facilè deciderimus.

N. 22.

Bracteatus, literam O habens coronâ opertam.

ERICUS POMERANVS.

A. 1397.

Denarii Stokholmenses.

D TAB.

TAB. VI. *N.* 10.

Adversa facies scutum cum tribus coronis, & inscriptionem: ERICUS. REX. S. D. N. i. e. *Sveciæ*, *Daniæ*, *Norvegiæ.*

Aversa in medio literam E cum cruce habet, additis in margine verbis: MONETA. STOCHO.

Inscriptio nummi hujus rem cognitione omnino dignam prodit, de more, qui accuratè apud Majores nostros obtinuit, cùm penes unum Majestas regnorum Septentrionalium esset. Scilicet constitutum fuit, ut, qnoniam Rex statis vicibus in unoquoque morabatur regno, in publicis actis & nummis, ejus, in quo sedem haberet, titulus præferretur cæteris. Qvare in hisce Erici Pomerani Nummis, modò Sveciam, modò Daniam videbis præpositam. Is tamen, in quo Svecia primas habet, est rarior; quippè hic Rex, non secus ac reliqui, sub connexione regnorum, maximam ætatam degebat in Daniâ, ita ut illi vix unquam in Sveciâ visi sint, nisi cùm regnum vel quocunque modo invadere, vel saltem gravioribus bellis convellere in animum induxissent, id quod istorum temporum historiæ satis superque testabuntur.

N. 2.

Caput S. ERICI, cum verbis: ERICVS. REX.

Litera E cum Cruce, & epigraphe: MONETA STOCHOL.

N. 1.

Ejusdem, cum eo, quem primo loco descripsimus, typi est, nisi quod tres literæ post Regis nomen sic variant: D. S. N. i. e. *Daniæ*, *Sveciæ*, *Norvegiæ;* quodque Scutum Svecicum Cruci est impositum.


N.

Proximè descripto similis, præterquam quod inscriptio aversæ partis hoc modo paululùm differt: ERICVS D. S. N. REX.

Denarii Aboënses.

N. 3.

ERICUS POMERANUS . 1397.



El: Brenner collegit et pinx:

Sartorius f.

N. 3.

Literam E cum cruce exhibet, ſuperimpoſitâ Coronâ, additáque inſcriptione: ERICVS: REX:

A Literam inter quatuor puncta habet, cum epigraphe: MONETA. ABOENS.

N. 4.

Corona cruci incumbens. Inſcript: ERICVS REX D. S. N.

Litera A, inſigne Urbis Aboæ, cum verbis: MONETA. ABOENS.

Denarii Aroſienſes.

N. 6.

Scutum cum tribus coronis. Inſcr: ERICVS. REX. D. S. N.

A coronatum cum inſcriptione: MONETA AROSIE' C' i. e. *Aroſienſis Civitatis.*

N.

A ſuperiori non diſcrepat, niſi quod in averſæ partis inſcriptione litera C eſt omiſſa.

N. 5.

Neque hujus alia eſt nota, ſed in averſâ facie talis eſt inſcriptio: MONETA. WESTERAR: quod ultimum idem eſt ac *Aroſienſis.*

N. 11.

Adverſus Scutum Svethicum habet, cum Epigraphe: REX. REX. ERICVS. quæ vocis REX geminatio utrum conſultò, an verò Monetarii culpâ facta ſit, judicent alii.

Averſus autem Literam A cruce decoratam, cum epigraphe: MONETA AROSIENSIS.

N.

Hic proximè deſcripto planè geminus, niſi quod pro REX. REX. habet IRX. IRX.

Nummi Lundenſes.

D 2 *N. 9.*

N. 9.

Cupreus eſt, inque ejus primâ parte Crux conſpicitur cum epigraphe: ERICVS. REX. D. S. N.

In alterâ E coronatum (Nomen Regis indicans) nec non inſcriptio: MONETA LVNDENSIS.

N. 7.

Argenteus, cujus adverſa pars in medio coronam, in limbo verba: ERICVS. REX. D. S. N.

Averſa crucem habet, cum inſcriptione: MONETA LVNDENSI.

De hiſce duobus nummis res memoratu digniſſima eſt. Ericus poſt ſumtuoſam peregrinationem in terram ſanctam, redux in patriam, ſubditis ſuis monetam cupream, pro argenteâ, more hactenus inſolito, obtruſerat, ob eamque cauſam malè apud illos audiebat: quam ignominiam Philippa, Henrici IV. Angliæ Regis filia, Regina benigniſſima, quodammodo deletura, monetam argenteam, vel inſcio Conjuge, cudi fecit. Qua de re videantur Hvitfeldii Chron. Dan. in vitâ Erici Pomerani.

Sed de Reginâ hac id quoque tradunt Hiſtorici noſtri, illam, cum Anno 1410. matrimonio Regi jungeretur, inter cætera Regiæ dotis pretioſa, Nummum quoque huc attuliſſe aureum, qui aliquot millia Ducatorum valuerit; at cum ille amplius non extet, nec, quo adverſa, quove averſa facies inſignita typo fuerit, usquam deſcribatur, nos quoque de illo nihil præter nudam hanc mentionem afferre potuimus, gratulaturi nobis, ſi fortè poſthac acciderit, ut, quemadmodum Regis hujus ferè omnes nummos primi in lucem protulimus, ita, ſi non delineationem illius, ſaltem accuratiorem ejus deſcriptionem cum republ. literariâ aliquando communicare valeamus.

N. 8.

Corona cum verbis: ERICVS. D. GRA. REX. D. S. N.

Litera E cum cruce magnâ intermediâ & inſcript: MONETA. Cætera legi non poſſunt.

Quamvis multa millia nummorum Erici Pomerani, variis

& lo-

& locis & temporibus, apud nos reperta, oculis hisce meis perlustraverim, & quàm diligentissimè perscrutatus sim, nullum tamen huic similem, ex quo lectio inscriptionis aversæ plenior colligi possit, mihi adhuc reperire licuit. Operæ ergo pretium duxi, de occasione & loco, ubi inventus fuerit, paulò fusius agere. Prope arcem vetustam Axvald, (quæ, ut Upsalia Svecorum, Gothorum olim Regum sedes fuit) in Westrogothiâ, extructum erat cœnobii Warnhemensis templum, quod si non amplitudine, tamen antiquitate & structuræ magnificentiâ cum Upsaliensi contendere potest; qvinimo, si lapides spectes, ex quibus tam interius qùam exterius constat, ei quodammodo antecellere videtur: cùm illud ex lapidum sectilium genere, illic in viciniâ effosso, & hocce ex lateribus coctis fabricatum sit. In illo varia adhuc cernuntur venerandæ vetustatis monumenta, inque his cippi Regum, Ingonis II, Canuti, S. Erici filii, Erici X, ejusque Reginæ, Erici XI, nec non aliarum illustrium Personarum, quas inter Bero Næf, cujus nomini hoc additur elogium: *Fidelis Minister Birgeri Ducis Sveciæ & Pædagogus Dni Magni* (Ladulås) *Regis.* In illius circuitu prædia aliquot possedit Comes Illustrissimus, Magnus Gabriel de la Gardie, Ingeniorum cultiorum, omniumque artium ac scientiarum Patronus egregius, Antiquitatum Patriarum studiosissimus, Collegii Antiquarii summus Moderator ac Fautor, Templorumque ac Palatiorum innumerabilium partim Conditor, partim Reparator, maximè laudabilis. Cumque in eo esset, ut & prædictum Coenobii Warnhemensis templum, ceu ruinosum & carie vetustatis invalidum, reficeret, operarii hunc aliosque prisci ævi Nummos invenerunt: quorum explicationem cùm à me desideraret Illustrissimus ille Comes, meo, quantum potui, non defui officio, utpote qui nomine Collegii Antiquitatum varia patriæ loca obambulans, hæc talia non solum observavi lubenter, sed & omnium monumentorum Warnhemensium exactam delineationem in Archivo deposui Regio.

CHRISTOPHORUS.

A. 1441.

Denarii Stokholmenses.

TAB. VII. *N.* 2.

Primò Scutum cum tribus coronis, additâ inscriptione: KRISTOFER. REX.

Deinde in media areâ C. (Nominis inchoativum) cum cruce, in margine verba: MONETA. STOCHOL.

N.

Ab eo, quem proximè descripsi, non differt, præterquam quod post nomen Regium litera S (Sveciam denotans) addita est.

N. 1.

Facies prima cum proximè descripti parte adversâ planè convenit. Altera in medio literam K præfert, cum epigraphe: MONETA. STOCHO.

Moneta Aboënsis.

N. 3.

Scutum cum tribus coronis & inscriptione: KRISTOFER. REX. S.

Literam K cum prono A coronato, & verba: MONETA ABOENSIs exhibet.

CAROLVS CANVTI.

A. 1448.

Denarii Stokholmenses.

N. 5.

A fronte habet scutum cum tribus Coronis, nec non inscriptionem: KAROLVS. REX.

A tergo literam initialem K, & epigraphen: MONETA. STOCHOL.

TAB. Addendor. *N.* 2.

A pro-


CHRISTOPHORUS. 1441.



CAROLUS CANUTI. 1448.



CHRISTIERNUS. I. 1457.



STENO STURE SENIOR 1470.



El. Brenner pinx: et colleg:

Sartorius sculp:

A proximè descripto non differt, præterquam quod K in aversâ parte quatuor annulis est circumdatum.

TAB. VII. *N.* 4.

Scutum Cruci incumbens, in cujus medio Cymba seu Scapha apparet (Bondorum Insigne Gentilitium) cum puncto. Additur inscriptio: KAROLI. REX. S. G. i. e. *Sveciæ*, *Gothiæ*.

Scutum præcedenti simile cum tribus coronis. Inscriptio: MONETA STOCHOL.

N.

Ab illo, quem modò descripsimus, non differt, nisi quod supra Cymbam, loco puncti, Stellula posita est.

N. 6.

Adversus Clypeum habet Cymbâ insignitum ac Cruci incumbentem, cum inscriptione: KAROLVS DEI GRA RXS.

Aversus consimilem Clypeum, tribus insignitum Coronis, cum inscriptione: MONETA STOCHOL.

Causa, cur hujusmodi Nummus Caroli Canuti admodum rarus sit, atque planè unicus penes me exstet, cùm alioqui cæteri hujus Regis Nummi, præsertim Holmienses ac Aboënses, insignia ipsius gentilitia præferentes, magno obvii numero, Curiosorum passim terantur manibus, hæc videtur esse, quod, cum hic Rex aliàs in prædictarum Civitatum Nummis, circum Insignia, semper & Sveciæ & Gothiæ Titulum gesserit, atque ex adverso prolixior hæc Epigraphe, *Carolus Dei gra. Rex S.* totum occupando ambitûs spatium, *Gothiæ* nomini locum non relinqueret, factum sit, ut ea in monetis parciùs deinceps adhiberetur, brevior autem illa & vulgatior, quæ utriusque Regni nomina hoc modo complectitur, *Carolus Rex S. G.* id est, *Svecorum*, *Gothorum*, potiùs probata & usu continuata, plurimùm vigeret.

Aboënses Denarii.

N. 8.

Clype-

Clypeus mediæ cruci incumbens, cum Cymbâ & A Coronato, adjunctis utrinque stellulis duabus. Inscriptio: KAROLVS REX S. G.

Clypeus similis, tres Coronas, additis pariter duabus stellulis, præferens, cum verbis: MONETA ABOENS.

N. 9.

Omissis utrinque Stellulis, priori est simillimus.

N. 7.

Ab adversâ parte insignitus est Cruce majore, in cujus medio clypeus cernitur, exhibens Cymbam, cum literâ S. superimpositâ Inter duo trifolia. In ambitu: CAROLVS REX SVE.

Ab aversâ verò parte proximè antecedentibus ferè est similis, nisi quod insuper quatuor minutas cruces, binas nempe in clypeo & totidem superne gerit, & in ambitu continet hæc verba: MONETA SW .....

Quod attinet ad literam S. Cymbæ impositam, non absonum fortè erit, si quis putet per illam denotari *Sudercopiam*, præsertim cùm ex Constitutione monetariâ Carolinâ Holmiæ 1453. factâ, constet, his quatuor Urbibus, *Holmiæ* nimirum, *Aboæ*, *Sudercopiæ* & *Calmariæ*, cudendæ monetæ negotium de novo commissum fuisse: id quod & hujus Nummi aversi inscriptio videtur affirmare. Cùm verò pleræque literæ ferè disparuerint, nihil certi de illis statuam, donec propitia fortuna nummum magis perspicuis mihi obtulerit literis.

Sequitur jam Constitutio illa Carolina, in Latinum versa sermonem.

Nos KAROLUS DEI Gratia Sveciæ, Norvegiæ, Gothorumque Rex; Notum testatumque facimus, quod cum Nostro dilecto Senatu immane illud & exitiosum perpenderimus damnum, quod in regnum Nostrum omnesque regni incolas ex eo redundavit & etiamnum redundat, quod per totum regnum non sit usualis Nostra moneta propria, quodque Gothlandica aliaque quotidiè adulterentur inque regnum invehantur, quibus cùm merces emantur Nostræ, pauxillum illud bonæ regni monetæ, quod hîc Holmiæ cuditur, exportatur & liquatur. Idcirco cum dilecto Nostro Senatu decrevimus, omnem monetam pro ratione subscriptâ hîc in regno

gno valituram, scil. nullam marcam vel oram valere debere, nisi ad amussim monetæ Stokbolmensis; & octo nummulos Gothlandicos, tam veteres quàm recentes unam valere Ortugam s. Denarium Svecicum, quatuor grossos itidem unam Ortugam, Skillingum sive solidum Danicum decem penningos seu nummulos, Solidum Civitatum nummulos undecim, Album Danicum tres Nummulos, novum Danicum Anglicum duos Nummulos, vetustum Anglicum Nummulos tres, Civitatum Nummulos octo unam Ortugam, similiter octo Lebardos Lubecenses unam Ortugam, & denique sedecim Danicos Lubecenses unam Ortugam, donec ope Divinâ per universum regnum propriam nostram monetam promoverimus. Quod quidem procedere non potest, nisi plures in regnum mittantur Monetarii: nec via datur alia monetam restaurandi, quàm per vectigalia. Eapropter cum prædicto Nostro dilecto Senatu decrevimus, Monetarios constituendos esse Calmariæ, Sudercopiæ *&* Aboæ, *æquè ac hîc* Holmiæ, *& universos tam Cives quàm Mercatores alios, qui huc* Holmiam, Calmariam, Sudercopiam *aut* Aboam *merces advehant exteras, vectigalia soluturos ex omni merce exterâ, ad unam quamlibet dictarum Civitatum delatâ; ita ut pro mercibus valoris quadraginta marcarum, in domo monetariâ singularum prænominatarum Urbium, intra quindenos dies post mercium professionem, deponere debeant unam marcam argenti puri, idque sub pœnâ quadraginta marcarum pro qualibet marcâ, Regi adjudicandarum. Monetario item unius cujusque Civitatis non licere pro vectigali aliam rem accipere, quàm argentum purum, sub pœnâ quadraginta marcarum pro qualibet marcâ argenti puri, per aliam rem vel mercem ejusdem pretii compensatâ. In cujus rei uberiorem & majorem confirmationem Sigillum Nostrum hisce literis appendi curavimus. Et Nos Joannes D. G. Archiepiscopus Upsaliæ, Nicolaus Lincopiæ, Siggo Stregnesiæ, & Laurentius Wexioniæ eâdem gratiâ Episcopi; Magister Petrus Electus Arosiæ; Ericus Erici, Gustavus Karoli in Ekholma, Legiferi (seu Judices Provinciales) Uplandiæ, Ericus Axelii, Thordo Bonde Karoli, Ericus Nipertz, Legiferi Ostro-Gothiæ, Ehrengisle Nicolai, Legifer Ölandiæ, Birgerus Trolle, Jonas Karoli, Legiferi Sudermanniæ, Fader Ulphonis, Karolus Magni, Magnus Benedicti, Legiferi Nericiæ, Stephanus Ulphonis, Legifer Westmanniæ, Thuro Joannis, Achatius Joannis, Otto Ulphonis*

nis

nus, Jonas Gedda, Eschillus Jsaci, Gregorius Benedicti, Christiernus Benedicti, Simon Körning & Arvidus Benedicti, Equites, & prænominati Clementissimi Nostri Domini Regis Karoli Consiliarii, notum pariter testatumque facimus in hoc eodem diplomate, Nos prædicto Nostro Dilecto & Clementissimo Domino ita consuluisse, & simul cum illius Gratiâ ita consensisse, ut in superioribus scriptum extat. Ideoque & Nos nostra Sigilla his literis appendi curavimus, quæ datæ sunt Holmiæ, die S. Lamberti, anno post nativitatem CHRISTI millesimo, quadrigentissimo quinquagesimo tertio.

Nummi durante interregno inter Carolum VIII. & Christiernum I. cusi.

Stokholmenses.

TAB. Addendor. *N.* 3.

E (initialis litera S. Erici) cum cruce magnâ. Additur inscript. SANTVS ERICVS.

Clypeus cum tribus coronis, simili cruci appositus, cum verbis: MONETA STOCHOL.

TAB. Add. *N.* 4.

E, cum cruce minori, & duabus in medio stellulis. Inscribitur: SA. ERICVS. REX. SV.

Ab aversâ parte cum priori prorsus idem est.

N.

Caput S. Erici coronatum, cum inscriptione: SCS. i. e. (*Sanctus*) ERICVS REX.

Scutum cum tribus coronis, magnæ impositum cruci (qua ferè solâ à Stenonis Sture Senioris nummo discrepat) Verba adduntur: MONETA STOCHO.

Arosiensis.

TAB. Addendor. *N.* 5.

Caput S. Erici coronatum, cum inscriptione: SCS: ERICVS: REX.

Litera

Litera A coronata, cum inscriptione: MONETA: AROSIENS.

Centesimo circiter anno post mortem Erici Regis, cùm in Catalogum Sanctorum fuit relatus, condita est Urbs Stokholmensis; hæc quia metropolis totius regni & sedes Regis erat, insignium loco sibi vindicavit caput S. Erici, in diplomatibus & nummis usurpandum, utpote qui ab illo tempore per totam Sveciam ceu Patronus regni coli consvevit. Proinde valde peculiare id est in hoc nummo Arosiensi, quod exhibeat caput S. Erici, Insigne Urbis Holmensis, quod cæteroquin in ullâ aliâ, quàm Holmiæ, vel vacante etiam regno, cusâ monetâ, haud facilè reperiri putem.

CHRISTIERNVS. I.

A. 1457.

TAB. VII. *N.* 10.

Adversa pars in medio C initiale habet. Inscribitur: CRISTERNNE REX.

Aversa Scutum cum tribus coronis, additâ epigraphe: MONETA STOCHOLM.

N. 11.

In areâ litera K cernitur cum inscriptione: CRISTERNNE REX.

Scutum cum tribus coronis, ad quarum infimam à parte sinistrâ Stellula apparet. Inscriptio: MONETA STOCHOLM..

Hoc summæ raritatis nummo, cum nonnullis aliis collectionem numismatum meam ornare voluit. Cl. V. Nicolaus Keder, cujus ego, hoc etiam loco, ob elegantissimam, qua pollet, antiquæ rei nummariæ peritiam, non potui non mentionem facere.

N. 12.

A fronte refert nummum hujus Regis primum, sed parum differt inscriptio: CRISSTERNOS REX.

A tergo exhibet scutum cum tribus coronis cruci impositum, inscriptus: MONETA STOCHOL.

TAB. Addendor. *N. 6.*

Ferè est quadratus, ab unâ parte Regem armatum;
Ab alterâ tres Leones (Insignia Danica) ostendit.

Hunc Nummum pertinere ad Christiernum Primum, non verò Secundum, satis superque liquet ex conventione Telgensi Jacobi Archiepiscopi Upsaliensis, Stenonis Sture Senioris, Sveciæ Gubernatoris, Senatorumque Regni A. 1488. publicatâ, qua ejusmodi nummi quadrati, vulgò *Klippingi*, partim propter metalli vilitatem (quod tamen illud, ex quo *Klippingi* Christierni Secundi sunt cusi, aliquot gradibus superat) partim ob exotica Insignia, tres nempe Lenes, abrogantur.

STENO STVRE SENIOR.

A. 1470.

Denarii Stokholmenses.

TAB. VII. *N.* 13.

Adversâ parte caput Sancti Erici, cum inscriptione: SCS. ERICVS. REX.

Aversâ scutum cum tribus coronis habet, cui Litera S superimposita. Inscribitur: MONETA SHOCH' 1478. Est autem hic primus, ubi æra Christiana exprimitur.

N.

A priori non differt, nisi quod litera S, supra Scutum non erecta, sed inclinata conspicitur.

TAB· Addend. *N.* 7.

Hic duobus proximè superioribus penè geminus Literâ S supra scutum caret, Lunamque cornibus deorsum versis, inter tres habet coronas.

N.

Ab eo quem secundo loco descripsi, non diversus est nisi anno, qui in hoc est, 1480, cujus tamen duo postremi numeri hîc tantùm apparent.

N. Eo-

STENO STURE SENIOR. 1470.



IOHANNES. 2. 1497.




SVANTO STURE 1504



El. Brenner colleg: et pinx: *Sartorius sculp:*











N.

Eodem anno cusus, S supra scutum non habet.

TAB. VIII. *N.* 1.

A priori haud ferè nisi æræ sive epochæ privatione discrepat.

Semidenarii, vulgò Halfwa Örtugar.

TAB. VII. *N.* 14.

Caput S. Erici cum literis: SCS. ERICVS REX.

Corona cum inscriptione: MONETA STOCHO. 78. pro 1478.

N. 15.

Litera S, additis verbis: SCS' ERICVS. REX.

Corona cum epigraphe: MONETA STOCH. 78.

N.

Caret anni designatione; at cætera par præcedenti.

Denarii Arosienses.

TAB. VIII. *N.* 2.

Clypeus cum insignibus Svecicis, nec non Inscriptio: SCS. ERICVS. REX.

A coronatum inter duas rosas. In ambitu: MONETA AROSIENS.

Plures quidem hujus generis sunt, sed solo ornatu, qui literæ A adjungitur, inter se discrepantes: aliis parvas cruces habentibus, aliis annulos, trifolia, stellulas, & speciatim, quas in Heraldicâ arte Gallicè *Molettes*, Latinè *Molulas*, appellant, quæ Stellæ sunt perforatæ, quales Equitum calcaribus solent applicari.

Semidenarii Arosienses.

N. 3.

Corona cum inscriptione: SCS. ERICUS REX.

A sine coronâ & rosis. Epigraphe: MONETA AROSI.

Hujus quoque generis plures penes me asservantur, qui ferè pari ratione, ac superiores Denarii, nonnihil inter se differunt.

Ad hæc tempora referri potest Denarius sive Ortuga subsequens, cùm quoad speciem & materiam proximè accedat ad eos, qui à Stenone Sture Seniore sunt percussi, præcipuè verò ad ejus Arosienses. Nulla enim inter hunc & illos differentia intercedere videtur, nisi in nominibus Urbium & Patronorum: quippe S. Ericus Sveciæ, in qua Arosia, & S. Henricus Finlandiæ, in qua Aboa sita est, Patronus salutatur. In expeditione dicti Stenonis adversus Moscovitas, cùm per Finlandiam iter faceret, percussum eum fuisse credibile est. Si formam seu speciem literæ A, quæ, in altera Nummi parte, Urbis Aboæ insigne est, conferas cum Litera A in nummis Aboënsibus aliis expressâ, toto cœlo literæ istæ different, dummodo unicum excipias, nempe ordine quartum, in nummis Erici Pomerani, Aboæ similiter percussum. Et videtur Steno Sture talem hujus elementi formam, quæ in Arosiensibus ferè semper occurrit, secum ex Sveciâ introduxisse in Finlandiam. Typus Denarii hic est:

TAB. Addendor. *N.* 8.

Scutum in quo tres coronæ. Inscr. SCS. HEINRICHVS. E. B.
A coronatum cum inscriptione: MONETA. ABOENSIS.

Quid sibi velint siglæ E. B. in adversâ parte positæ, haud facilè definiverim, nisi forte iis denotetur *Episcopus Britannus;* fuit nempe Henricus & Episcopus Upsaliensis & ex Angliâ oriundus. V. Joannis Vastovii Vitem Aquiloniam, edit. Benzel. pag. 62. Rarissimus est hic nummus, nec nisi hujus generis unicum vidi. Haud tamen dissimilis est alii, qui non æquè rarus est, quemque olim ad incertos sub numero 18. retuli. At hic clarè detegit erratum cælatoris monetalis, qui in altero isto, pro *Aboënsis* posuit *Abosiensis*, & in nonnullis eorum *Heinichus* pro *Heinrichus*, quæ causa & origo illius, mihi tunc injecti, scrupuli erat.

JOHANNES. II.

A. 1497.

Dena-

Denarius Stokholmensis.
TAB. VIII. *N.* 4.

Adversus Scutum cum insignibus Oldenburgicis, duabus nempe fasciis (Gallis *Fasces*) continet, additâ inscriptione: IOH' DEI G REX SWE.

Aversus autem scutum cum tribus Sveonum coronis, nec non verba: MONETA STOCHOL.

Cùm hæc moneta dicti Regis Johannis Secundi prima Svecica sit, in qua Insignia cernantur Oldenburgica, non ab re erit, de origine illorum pauca disserere. Quanquam non desint alii, qui trabes rubeas eam ob causam huic familiæ datas fuisse arbitrentur, quod quidam Comes Oldenburgicus Imperatoris, Imperiique Romani, ad oram præsertim maritimam, Architectus fuerit; non verebor tamen à partibus stare illorum, qui Comiti Hunoni ejusque Filio Friderico ab Imperatore Henrico illas primùm tributas fuisse asserunt, in memoriam scilicet interfecti à filio Friderico Leonis. Inter Hunonem enim Comitem Oldenburgensem & Archiepiscopum Bremensem Adalbertum, qui universarum Orientalium & Septentrionalium nationum Archi-Episcopum se prædicabat, graves intercesserant inimicitiæ. Et hic Imperatoris gratiâ fretus, illum per vim atque artificia Comitatu aliisque exuit terris, & denique effecit, ut ipsi, tanquam perduellionis reo, singulare cum Leone certamen imponeretur. Filius Fridericus causæ suæ confisus, pro Patre, jam Sene, in arenam descendit, Leonemque homine ficto intestinisque referto, quem instar scuti præ se ferebat, frustratum gladio transfodit. Heroicum hoc facinus admiratus Imperator, Juvenem Comitem Fridericum, victoriâ tantâ ovantem, ulnis suis præ lætitiâ amplexus est, annuloque donatum Equitem creavit, nec non digito in sangvinem Leonis intincto, scutum quod suspensum de collo inter certandum gestaverat, notavit, & hac denique liberatione miraculi plenâ, innocentiam utriusque, & Patris & Filii, perspectam & cognitam habens, Oldenburgensem Comitatum, non ut feudalem, qualis antea erat, sed ut allodialem illis restitui jussit. Quia

verò

verò ſangvis naturaliter rubet, mirum nemini eſſe poſſit, quod trabes, illo illitæ, in campo aurato, quas inſignia oſtentant Oldenburgenſia, etiam ſint rubri coloris.

Semidenarii Stokholmenſes.

N. 5.

Adverſâ parte præfert ſcutum cum Inſignibus Oldenburgicis. Inſcriptio: IOH' D' G' REX SW.

Averſa verò ſcutum habet tribus inſignitum Coronis, & hæc verba: MONETA. STOCHO.

Hujus generis Semidenarii rariores; unici enim ſunt, qui tres exhibent coronas, uti aliàs conſtanter aſſolent Denarii: nam reliqui ſemidenarii non niſi unam præferunt coronam.

N. 6.

Adverſam eandem habet.

Averſa verò coronam unicam, communiter in ſemidenariis exprimi ſolitam, oſtendit, cum inſcriptione: MONETA STOCHO.

TAB. Addendor. *N.* 10.

In adverſâ ſcutum Oldenburgenſe cruci magnæ incumbit. Cætera paria ſunt.

Denarius Aroſienſis.

N. 9.

Clypeus cum tribus coronis, ſupra quem alius minor extat cum Inſignibus Oldenburgicis. Inſcriptio: IOH' DEI' G' REX SWE'.

A coronatum cum verbis: MONETA AROSIENS'.

Nummus hic & inventu rariſſimus & typo ſingularis eſt: quippe triplicia continens inſignia, Svecica nempe, Oldenburgica, & Aroſienſia.

Semidenarii Aroſienſes.

N. 8.

In adverſâ ſcutum Oldenburgenſe cruci impoſitum habet, cum inſcr: IOH. D. G. REX. SW.

In aver-

In aversâ Insigne Arosiense continet, atque inscriptionem: MONETA AROSI.

N. 7.

Adversa praecedenti similis.

Aversa coronam habet & verba: MONETA AROSIEN'.

TAB. Addendor. *N.* II.

Corona cum inscriptione: IOHS. D'. G'. REX. SW.

Litera A cum inscriptione: MONETA AROSIS.

TAB. Add. *N.* 9.

Clypeus cum insignibus Oldenburgicis Cruci impositus. Inscript. IOH' D' G' REX. SW.

Corona cum additâ epigraphe: SCS. ERICVS. REX.

Peculiaris hic nummus est, qui & Regis & Regni Patroni nomen simul habet.

N.

Typus idem est, qui praecedentis; Inscriptio verò utriusque partis una, nimirum: IOH' D' G' REX SWE.

Ad hosce argenteos Johannis Secundi nummos ultimo loco notandum venit, quod ex ejus constitutionibus de cudendâ monetâ Stokholmiae die S. Barbarae, Anno 1497 datis, docemur, Monetario Michaeli Johannis F. praeceptum fuisse, ut auream etiam ibi curaret cudendam monetam, quae valore aequaret Aureum Rhenanum, vel quatuor argenteas marcas cum dimidiâ monetae Stokholmensis. Sed irrito hactenus studio ac conatu ejusmodi ex auro monetam vestigavi, nec nisi nudam illam de hac re cognitionem afferre potui, libentissimè, si fortè aliquando ipsam videre contigerit monetam, exactam ejus descriptionem & typum Orbi curioso posthac exhibiturus.

SVANTO STVRE.

A. 1504.

Siquidem uterque Gubernatorum Regni, Steno Sture Senior, & Steno Sture Junior nummos generis varii quam plurimos, qua-

 les

les hîc exhibemus, cudi fecerunt, ſic ad eundem modum Svanto Sture, tempore, quo Imperio præerat, Denarios pariter & Semi-Denarios in publicos uſus percuſſit ligæ illius, quæ iis temporibus recepta erat. Præter ipſos hoſce nummos, id manifeſtè demonſtrari poteſt ex actis publicis inter Archi-Epiſcopum Jacobum Ulphonis & antè memoratum Svantonem Sture, circa annum 1509. In iis, tanquam cauſam haud poſtremam, ob quam Svantonem hunc Sture reprobandum & ab officio gubernationis removendum cenſet, vel hanc adfert Archi-Epiſcopus, quod, ſe neſciente, officinam monetariam immutaverit Gubernator; in arce ſcilicet nummos cudi fecit, qui alioquin præſentibus Viris huic rei præpoſitis, in officinâ monetariâ percudendi erant. V. Regeſtum in Archivo Regio ſub ſigno W. pag. 170. & pag. 231. Rationem ſi quæras, ob quam nec Svanto Sture nec ipſius Anteceſſor Steno Sture Senior nummos à ſe percuſſos ſuis nominibus inſignitos voluere, ſic habe: Frequentes erant & ferè perpetuæ inter Archiepiſcopos horum temporum & Gubernatores Regni contentiones & diſſidia, hæc itaque, quantum in ſe erat, ut effugerent evitarentque invidiam æmulorum, & nomine Regis abſtinuerunt, & noluerunt publicæ monetæ ſuum nomen inſcribi, ſed Erici Sancti, tanquam Patroni regni Sveciæ, nomine uti, conſultius duxere. Certis tamen illam notis inſigniverunt, per quas indubitatè ad ſua tempora referri poſſet. Et quidem Steno Sture Senior ſolius anni deſignatione, & Svanto Sture appoſitione Inſignis Gentilitii, ſuam ſibi vindicare conati ſunt monetam. Obiter hîc memorare lubet de ambobus illis Gubernatoribus Sturiis, quod non rectâ lineâ alter ab altero deſcenderit, quamvis fuerint ſanguine conjuncti. Idcirco illorum inſignia gentilitia etiam differunt, quandoquidem Steno Sture Senior tribus foliis Nymphææ tæniatis, coloris nigri in campo aurato; Svanto autem Sture Scuto eſt uſus transverſè in partes æqvales ſecto, quarum ſuperior eſt aurata, inferior cancellata & coloris cærulei. Ab hoc Svantone Sture cum deſcendat familia nunc vulgo Natt-och-Dag appellata, etiamnum idem inſigne gentilitium uſurpat.


Denarius Aroſienſis.

TAB.

STENO STURE JUNIOR. 1512.




CHRISTIERNUS. 2. 1520.



El. Brenner colleg: et pinx:


Sartorius sculp:











TAB. VIII. *N.* 12.

Adversus Scutum ostendit cum tribus coronis, super quod aliud minus extat transversè in partes æquales sectum (Gallicè *coupé*) ex quibus inferior cancellata, quod *Sturiorum* Juniorum est Insigne. Inscriptio: SCS. ERICVS REX.

Aversus A coronatum, cum Inscriptione: MONETA AROSIENS.

Rarissimum hujusmodi nummum, nemo hîc, præter me, possidet.

Semidenarii Arosienses.

N. 11.

Ab unâ parte coronam cum inscriptione SCS' ERICVS REX.

Ab alterâ literam A habet cum insignibus Sturianis. Circumscribitur: MONETA AROSIS.

N. 10.

Ejusdem plane Epigraphæ: utrinque Insignia Sturiana superiùs habet addita.

N. 13.

Corona, super quam Insignia Sturiana. Inscript: SCS' ERICVS. REX.

Litera A, superque illam figura ovalis cum cruce, Epigr: MONETA AROSIE. Reliqui non nisi alio atque alio ornatu literæ A addito differunt.

STENO STVRE IVNIOR.

A. 1512.

TAB. IX. *N.* 1.

Hic Steno majoris moduli nummos primus apud nos cudi fecit; cùm antehac minusculi duntaxat percuterentur. Extat in adversâ hujus nummi Rex S. Ericus totus cataphractâ & pallio indutus, Coronam gerens capite (quod nimbo, circa Sanctornm capita pingi solito, includitur) & dextrâ gladium, vaginâ vacuum, sinistrâ

strâ globum crucigerum (Imperiale vel Regium signum) tenens, interque pedes Sturiana habens Insignia. Inscriptio: S' ERICVS REX SWECIE.

Effigiem in hoc nummo extantem non esse ipsius Gubernatoris, ut quidam volunt, sed S Erici, cùm ex ipso S. Erici apposito nomine, tum ex coronâ, quam nunquam gessit Steno Sture, & denique ex nimbo, Sanctorum indice, evincitur.

Aversa Scutum Regni Svetici ostendit coronatum crucique impositum, cum additâ epigraphe: MONE STOCHOLM. 1512.

Isthic nummus raritate suâ maximè conspicuus est; nam per longum illud tempus, quo colligendis Sveo-Gothicis operam dedi nummis, haud nisi duos tales, præter hunc meum, videre mihi contigit.

TAB. Addendor. *N.* 12.

Proximè præcedenti geminus, præterquam quod caret Pallio.

Nummus hic summæ raritatis est; non enim nisi unicum ejus exemplar mihi innotuit.

TAB. IX. *N.* 2.

Denarius hinc clypeum cum tribus Coronis habet, nec non Inscriptionem: STEEN STVRE RITTER.

Inde S coronatum inter duas stellulas, cum Epigraphe: MONETA STOCHOLM 1512.

Semi-Denarii.

N. 3.

Corona cum epigraphe: STEN. STVRE. RITTER. 1515.

Litera S cum verbis: NONETA: NOVA: STOCHOL:

N. 4.

Corona cùm verbis: STEEN STVRE RIT.

Elementum S circumscriptum verbis: MONETA. STOCHO·

N.

Priori similis, nisi quod inscriptionem in utraque parte unam eandemque habet, nimirum: STEN STVRE RIT.

TAB.

CHRISTIERNVS II














Elias Brenner collegit pinx. *et an incidit 1714*

TAB. Addendor. *N.* 13.

Corona. STEN STVRE RIT.
Litera A. MONETA. NO. ARO.

Ejusd. TAB. *N.* 14.

Corona. STEN STVRE RI.
A Litera. MONETA AROSIE.

CHRISTIERNVS II.

A. 1520.

Hîc in antecessum monendus, Lector, nullos extare hujus Regis nummos, in Sveciâ cusos; cùm regimen breve à Tyrannide auspicatus, regno statim exturbaretur; sed quos hîc vides, à Danis huc allati fuerunt, è viliori plerique metallo confecti.

TAB. X. *N.* 1.

Caput Regis coronâ operti, nec non inferiùs Insignia Oldenburgica. Inscriptio hæc est: CRISTIERNVS DEI GRA REX DACIE.

Scutum coronatum cum Leonibus tribus ita circumscriptum: MONETA NO MALMOG. 1515.

N. 2.

Vno latere exhibet Clypeum Oldenburgicum, magnæ impositum Cruci, cum Epigraphe: CHRISTIERN DE. GR. REX DACIE.

Altero tres Danicos Leones in Scuto hac circumdato Epigraphe: MONETA NOVA MALMOG. 1517.

TAB. IX. *N.* 6.

Anterior facies K coronatum præfert, cum inscriptione: CHRISTIERN' D' G' R' D'.

Posterior Scutum cum cruce, cujus quatuor brachia ad nummi extrema se extendunt. Inscribitur: MON' MALMOIENS.

N.

Solâ primæ partis inscriptione à superiori discedit, nim. CRISTIERN. REX. D.

N. 7.

Quadratus, hinc Regem armatum, inter crura Oldenb. Insigne tenentem;

Inde tres Leones Danicos in scuto coronato, sed hæc omnia truncata, & sine ullâ inscriptione exhibet.

N. 8.

Proximè descripto similis, præterquam quod in parte adversâ literæ apparent: REX DAC.

N. N.

Hi duo figuris quidem à binis Nummis modò descriptis non abludunt; literæ tamen quædam in utroque apparent, in altero NOVA, in altera MAL. unde plenum sensum elicias: MONETA NOVA MALMOIENSIS, quod hactenus nemini observatum.

Ex hisce quatuor nummis evidens est, hujusmodi nummorum matricem amplioris fuisse magnitudinis ac ipsam monetam; namque in plurimis nullæ cernuntur literæ, & non nisi ex multorum exemplarium collatione integra utriusque lateris inscriptio colligi poterit. Quod autem ad istius monetæ valorem attinet, observo ex Protocollo veteri Civitatis Stokholmensis (de monetæ quodam Adulteratore) quod æquaverit (sicut Klippingi Christierni Primi) octodecim penningos, seu duos Denarios cum duobus penningis, cùm intrinseca ejus bonitas vix semidenarii seu 4 penningorum sit. Sed Christiernus hic istâ improbâ monetâ, quam tyrannide suâ Svecis obtruserat, non nisi paulatim eos, tanquam per tabem lentam, debilitare ac enervare studebat. Ex hoc fonte Sveci huic Christierno per contumeliam cognomen indiderunt *Klippingi;* id quod nos sequentia Chronici vetusti Rhythmis Sveticis conscripti verba docent, in vitâ ejusdem.

Ther

Ther till låt jak slå Klippings Mynt/
Som ännu är för hwar man synt/
Klipping war hans hörsta nampn/
Alla til skada och ingen till gagn.
The kalla mik Klipping i samma stund/
Förty jak fan upå thet fund.

Hæc omnia liquidò detegunt errorem Martini Ascanei ejusque affectatorum, hosce Klippingos Sancto Erico attribuentium. Qui quidem error inde natus mihi videtur, quod, cùm paucissimi nummi vocabulum integrum præferant, & in Ascanei manus forte fortunâ inciderit nummus cum literis CRI, occasionem inde sumserit legendi ERI, & de S. Erico illud interpretandi.

Hac occasione monendum est, reperiri Thalerum Imperialem A. 1523. percussum à Christierno, qui inibi titulo Regis etiam Sveciæ gloriatur; quo tamen Regno duobus antea annis fuit expulsus. Figura Thaleri hæc est:

v. TAB. IX. *N.* 5.

A fronte exhibet Virum Coronâ, Sceptro & Globo crucigero insignem, inque solio sedentem, cum Epigraphe: CRISTIERNVS DEI GRA. REX DACIE SVECIE NORVE.

A tergo scutum coronatum Danico-Svecico-Norvegico-Slavonicum, cujus meditullio Clypeus Slesvico-Holsaticus cum Clypeolo Oldenburgico impositus est. Inscriptio: XPS. IHS. ELEGIT. ME. REGEM. POPVLO. SVO. 1523.

TAB. X. *N.* 3.

Imago Christierni II. pileati, pectore tenus expressa, pone Caput Corona apparet. Inscriptio: CHRISTIERNVS. D. G. DANIÆ. SVECIÆ. ET. NORVEG. REX.

Aqvila ungvibus Angvem arripiens, cum lemmate: DIMICANDVM.

Hoc numisma è Luckii Sylloge Numismatum, & paginâ quidem 45. mutuati sumus.

N. 4.

N. 4.

Parte adversâ sistitur Christiernus ad pectus usque fictus, capite pileum gerens.

Aversâ verò parte Tabula, in qua inscriptum: A:o COR. 1513. REGN. 9. OBIIT 1559. ÆT. S. 78.

Inscriptiones marginales utriusque partis hunc conficiunt Titulum: CHRISTIERNVS. IO. FI. D. G. DAN. SWE. NOR. VAN. GOT. &c. REX. DVX. S. H. S. D. CO. OLD. & DEL.

PSEVDO-STVRIVS.

Vulgo Dahl-Junkarn.

A. 1527.

TAB. XI. *N.* 1.

Adversus præfert Literam primam vocis *Nicolaus*, coronatam, inter duas minutulas Cruces totidemque annellos, nec non Epigraphen: NICOLAVS STVRE.

Aversus scutum habet tribus insignitum Coronis, cum Epigraphe: M M IN VALDIBVS, quam sic lego: Moneta Morensis IN VALDIBVS, pro *in Vallibus.* i. e. i Dalarne. Constat enim ex Annalibus nostris, hunc Pseudo-Sturium apud Morenses in Dalecarliâ plurimùm fuisse commoratum, eosque primos ipsi fidelitatis juramentum præstitisse.

Hujus longè rarissimi Denarii delineatio, inter alias figuras quorundam priscorum Sveciæ Nummorum, quales adhuc supersunt, in relictis Hogenschildii Bielke Schedis inventa est; ut proinde de genuinâ ipsius fide neutiquam ambigam: præsertim, cùm postmodùm falsi istius Sturii Semi-denarium (non ferè nisi minore formâ eoque, quod loco trium Coronarum, quibus per ista tempora plerumque Ortugæ insigniebantur, unam duntaxat Coronam, dimidiæ nempe Ortugæ notam, exhibet, à Denario illo diversum) ipse adeptus sim. Is nunc est proferendus.


N. 2.

N Coronatum. NICOLAVS STVRE.

Corona.


Nummi cuiusdam pseudo STVRII,

Vulgo Dale Junckaren *dicti, qui A.º 1527 contra Gustavum primum Regem Sveciæ seditionem concitavit.*



Ad editionem 2.dam Thesauri Num. Sveogoth. collegit pinx. et sculps. El. Brenner 1705

GVSTAVI I. NVMMI CASTRENSES VULGO Daleklippingar cusi Hedemoræ A°. 1521. tenente adhuc Christierno Tyranno Holmiam reliqvaq; regni Svetici Castella.



Oræ Stockholmenses



Oræ Aboenses



Arosiensis

Qvarta pars Thaleri imp.



GUSTAVUS .I. 1521



El: Brenner colleg: & pinx:

Sartorius sculp:

Corona. Moneta IN VALDIBVS, id eſt, ut prædixi, *in Vallibus*.

Iſthic Semi-denarius ſummæ etiam raritatis eſt.

GVSTAVUS. I.

A. 1521.

Hic primus Regum fuit, qui rem monetariam pleniùs, quàm unquam ante eum quisquam, inſtauravit; quippe non ſolùm ad Anteceſſorum ſuorum rationem modumque nummos cudi fecit, ſed & ulteriùs progreſſus, Thaleros, Semithaleros aliaque monetæ genera in communem commercii uſum induxit. Inter illius nummos ratione temporis primum locum merentur duo diverſi typi, quos, cùm Chriſtiernus II. Regnum hoc malis artibus occupatum adhuc teneret, in caſtris, quæ Guſtavus adverſus Tyrannum locaverat, ad ſimilitudinem monetæ ejus fieri juſſit, eosque proinde vel *Caſtrenſes*, vel *Hedemorenſes* dixeris. Meminit illorum *Ericus Georgii Tegel* in Hiſtor. Guſt. I. p. 19. Sed en tibi pleniorem eorundem deſcriptionem.

GUSTAVI I. TABVLAR. I. & II. *N.* 1.

Quadratus (quem Klipping noſtrates vocant) & ferè mutilus exhibet ab unâ parte, Virum cataphractum palliatumque, dextrâ gladium, vel ſceptrum, ſiniſtrâ globum crucigerum (Regale Symbolum) tenentem:

Ab alterâ, duas Sagittas decuſſatim poſitas, Dalecarlorum ſeu Dalarenſium nempe inſignia, interque eas tres coronas, unam inferiùs, duas ſuperiùs locatas: ſupremo loco G comparet, Vocis GVSTAVVS initialis Litera.

TAB. II. *N.* 2.

Formâ eſt ſimili, Virumque cataphractum præfert, qui dextrâ manu enſem gerit, ſiniſtrâ lateri applicatâ.

Clypeum cum inſignibus Dalarenſibus tribusque coronis, ita verò diſpoſitis, ut una ſupremo, duæ medio, infimo autem loco

G litera

litera G extent. Inſcriptio non eſt integra; namque legitur duntaxat ERISON G. Undè colligitur deeſſe nomen *Guſtavus*. Integra enim inſcriptio, ut ex ſequentibus patebit, ſic habet: GOSTA ERISON G. i. e. *Guſtavus Erici Filius Gubernator.*

Verba prædicti Tegelii in vitâ Guſtavi primi, de his nummis hæc ſunt: Tå Konung Guſtaff war kommen tilbaka igen ifrån Helſingeland om Huſeby Klöſter til Henemora / ſamblade Hans K. May:t ſin hela krigsmacht ther til hopa / och lät ſtrax uprätta ther i Henemora ett Mynte och ſlå Klippingar / på then ena ſijdhan medh en bewäpnad Man / och på then andra ſijdhan twå Dalepijlar / hwilcket Mynt war uthi Pagementet med lijka wicht och werdering emot Konung Christierns Klippingar. i. e. *Rex Guſtavus, ex Helſingiâ Henemoram reverſus, militum ſuorum copias coëgit, nummosque, exhibentes ab unâ parte virum cataphractum, ab alterâ Sagittas Dalecarlicas, absque morâ cudi curavit: reſpondebant autem pondere ac pretio Klippingis Chriſtierni.* Princeps itaque Prudentiſſimus nullam fortiorem arbitratus rationem erigendi animos gentis oppreſſæ, quàm ſi nummis, jam non peregrino, ſed patrii regni inſigni percuſſis, libertatem ipſi reſtitutam monſtraret. Ut autem âmorem populi fluctuantis ſibi conciliaret, nationis Dalecarlicæ inſignia, à quâ primùm exceptus erat, publicam hancce monetam præferre voluit. Et quia tempora ac enervatæ vires imperii Klippingorum pretium his Nummis addici juſſerunt, publicæ ſaluti conſulendo, admodùm paucos cudi fecit; proindeque qui noſtris hiſce temporibus ſuperſunt, omnium Guſtavi Primi Nummorum rariſſimi ſunt.

Nummi Stokholmenſes,

qui valuere oram, quarum octo marcam Svecicam faciunt.

G. TAB. I. N. 4.

Rex ipſe cataphractus & palliatus enſem & globum cruce inſignem, manibus, atque faſcem (Inſignia Guſtavi gentilitia) inter pedes tenens. Inſcriptio: S· ERICVS. REX. SWECIE.

Scutum coronatum cruci incumbens, habensque Inſignia Svecica & Dalecarlica, nec non Literam G. Inſcript: MONE STOCHOLM. 1522.

TAB.

TAB. I. *N.* 6.

Adversa similis priori.

Aversa scutum exhibet cum tribus Sveonum coronis & intermedio S; addita Inscriptio: MONE STOCHOLM. 1523.



Antica facies eadem.

Postica Scutum cum tribus coronis, atque intermedio scuto minore, Fascem gentilitium præferente. Inscriptio: MONE. STOKHOLM. 1528.

TAB. II. *N.* 3.

In adversâ, Rex clypeum inter pedes habet cum literâ G.

In aversâ, Fascis Gentilitius sine clypeo apparet: reliqua utrinque cum superiore conveniunt.

TAB. I. *N.* 7.

Hic non nisi Fascis situ à proximè descripto differt.

TAB. II. *N.* 4.

Imago Viri stantis, Capite Coronam, dexterâ gladium, sinistrâ Orbem crucigerum gerentis; inter pedes apparet Fascis gentilitius. S. ERICVS. REX. SWECIE.

Clypeus coronatus, Cruci impositus, in quo tres Coronæ & binæ Sagittæ, cum Elemento G. comparent. MONETA STOKHOLM. 1530.

TAB. I. *N.* 9.

Scutum superiùs acuminatum cum fasce Gentilitio. Inscr. GOSTA ERISON. REX· SWEC.

Scutum simile cum Svethicis coronis, sic circumscriptum: MONET. STOKHOLM. 1528: hunc dimidiam oram valuisse constat.

Denarii Stokholmenses.

TAB. I. *N.* 3.

Clypeus cum tribus coronis cruci incumbens. Inscript. S' ERICVS. REX. SWE.

Monogramma S. Erici cum verbis: MONETA STOCHO.

TAB. I. *N.* 2.

Scutum cum litera G. Inscriptio: GOSTA. ERISO. G. (i. e. *Gubernator*) 1522.

Corona cum verbis: MONETA STOKHOLM.



Scutum Svecicum cruci impositum. Inscriptio: GOSTAVS. D. G. R. SV.

Monogramma S. Erici & verba: MONETA. STOCH.



S coronatum inter duo lilia. Inscript: GOSTAVS D. G. REX SWE.

Scutum

Scutum acuminatum cum tribus coronis. MONETA STOKHOLM. 28. W.



Scutum ordinarium cum tribus coronis. Inſcript: GOSTA. D. G. REX SWE.

S coronatum inter duo lilia. Verba: MONET. STOKHOL. 33.



Scutum acuminatum, literam S præferens, Inſcript: GOSTA. DEI. G. REX. SWE.

Scutum ordinarium Svecicum, his circumſcriptum verbis: MONET. STOKHOLM. 30.



Scutum cum faſce gentilitio. Epigraphe eadem.

Averſa, omiſſo numero, ſimilis præcedenti.



G coronatum inter duas Stellulas perforatas seu *molulas.* Inscript: GOST9 REX SWECIE.

Clypeus cum tribus coronis. Inscr: MONETA. NOVA. STOCH.

Semidenarii Stokholmenses.

TAB. I. N. 10.

Corona cum inscriptione: GOSTA. ERISON. REX.

Litera S. addita Inscript: MONET. STOKHOLM.



Scutum acuminatum cum fasce gentilitio. Inscr: GOSTA. ERIS. REX. SWECIE.

Corona cum verbis: MONET. STOKHOLM. 1528.

T. I. N. 12.


Corona cum inscriptione: GVSSTA. REX. SWECIE.

G coronatum. Inscriptio aversæ priori similis.

T. I. N. 11.

Clypeus cum fasce gentilitio. Inscr: GOSTA. REX. SVEC.


Corona in Scuto. Inscr. MONET. STOK. 1528.



Scutum cruci impositum, fascem gentilitium præferens. Inscr: GOSTAVS. REX. S.

Corona;

Corona, cum inſcriptione. MONET. STOK. 1528.



Corona cum inſcriptione: GOSTAVS. REX. SW.
Litera S. & inſcr. MONET. STOKHOL.

N.


Litera S. cum inſcript: GOSTAVS D. G. REX SWEC.
Corona cnm verbis: MONET. STOKHOL. 1531.



Scutum (qvale Galli *Ecu en cartouche* appellant) cum tribus coronis. Inſcr: GOSTAVS D. G. REX. SWECIE. 1546.

Scutum ſimile, cum faſce & tæniis (Gallis *bandes*) Inſcriptio: INSIGNIA. REGNI. SWE. GOT. WAN.

Nummus minimus, vigeſima qvarta pars oræ, vulgò Penning.



Leo Gothicus ad tria flumina. Inſcr: GOSTA D. G. REX SWE. 36.

Clypeus

Clypeus priori similis, cum insignibus Svecicis. Inscr: OMNIS POTESTAS. A. DEO.

Si conferatur hic *penningus* cum *penningis* priscorum Regum, qui ante regnorum Borealium unitionem vixerunt, in fronte hujus libri descriptis, videtur Rex Gustavus ad illorum exemplar hunc suum finxisse, de quo inferiùs plura, ubi de Rege Sigismundo agetur.

Ora Vpsaliensis.

T. I. *N.* 5.

Effigies Regis coronati, cataphracti & pallio induti, dextrâ ensem, lævâ globum cum infixâ cruce gestantis, anteque se habentis scutum qvadripartitum, in cujus primo & qvarto campo fascis gentilitius, in secundo verò & tertio Insignia Dalecarlica extant. Inscriptio: S' ERICVS REX SWECIE.

Scutum Sveciæ coronatum & cruci impositum. Epigraphe: MONE. NOVA. VPSAL. 1523.

Oræ Aboënses.

T. II. *N.* 5.

Vir cataphractus, alterâ manu gladium tenens, alterâ lateri admotâ; inter pedes fascis extat gentilitius. Inscr: GVBERNAT: SVERINKI. i. e. *Svecici Regni.*

Clypeus coronatus cruci incumbens, atque tres coronas cum A intermedio exhibens. Epigr: MONE. NOVA. ABO. 1523.

T. II. *N.* 6.

Adversa par ferè priori est.

Aversa clypeum habet similem, in quo duæ Sagittæ Dalecarlicæ inter tres coronas, & literam A dispositæ comparent. Inscript: MONE. NOVA. ABO. 1524.

Oræ Arosienses.

Imago



Imago Regis coronati, cataphracti palliatique, dextrâ ensem, sinistrâ Orbem crucigerum, interque pedes fascem tenentis gentilitium. Inscript: S. ERICVS. REX. SWECIE.

Clypeus similis cum duabus in Crucis modum locatis Sagittis, quas Coronæ tres atque litera G intersting vunt. Epigraphe: MONETA. WEST. ARS. 1529.

T. I. N. 8.

Adversa pars eadem.

Aversa Clypeum habet similem, tres præferentem Coronas, cum intermedio Clypeo minore, fascem exhibente. Inscr: MONE. WESTERARS. 1530.

T. II. N. 7.

Effigies Viri stantis, Coronâ in Capite, ense in dexterâ manu, globo crucigero in lævâ & fasce inter pedes insignis. Epigraphe: S. ERICVS. REX. SWECIE.

Similis Clypeus, in quo tres Coronæ cum Clypeolo fascem præferente. Inscr: MONE. WESTERARS. 1530.

Denarii Arosienses.



Scutum cum tribus coronis. Inscript: GOSTA. D. G. REX SVECIE.

Clypeus cum Litera A. Inscr: MONE. WESTER. ARS. 30.



Adversa consimilis.

A coronatum cum inscriptione eadem, omisso numero.



Scutum cum litera A. Inscr: GOSTA. D. G. REX. SWEI.


Scutum cum Insignibus Sveticis. Inscr: MONET. NOA. WESTARS.



G. coronatum inter duas rosas. Inscr: GOST9. REX. SWEDIE.

Scutum tres habens coronas. Inscr: MON. NOVA. WESTAR.

Semidenarius Arosiensis.



Corona

Corona cum Inscript: GOSTAV. D. G. REX. SWEI.

A litera initialis Civ. Aros. cum inscr: MONET. WES. ARS. 1529.

Qui hactenus inspecti sunt nummi, veterem monetæ modum tàm magnitudine quàm valore imitantur: qvippe inter illos solùm reperiuntur Marcæ, Oræ, Denarii, Semidenarii & penningi, minimum hîc & antiquissimum monetæ genus. Sed, qui jam seqvuntur, novam monetæ rationem ineunt: etenim proferuntur posthac Nummi Symbolici seu Honorarii, quibus semper primus conceditur locus. Deindè Aurei, vulgò *Ducati*, Thaleri Imperiales seu unciales, dimidiæ & quartæ eorum partes; ut & Thaleri Svetici, quorum pars quarta *Marca* dicitur, aliique minores nummi sese offerunt.

Nummi Honorarii.



In his primum locum meretur Nummus aureus inauguralis, cujus adversa Regem coronatum, cataphractum palliatumque exhibet, dextrâ ensem, lævâ globum crucigerum, interque pedes, Scutum cum fasce gentilitio tenentem. Inscript: GOSTAVS. D. G. SVECORVM. REX.

Aversa, Scutum quadripartitum, coronatum, crucique impositum, cujus area prima & quarta tres coronas, secunda verò & tertia Leonem Gothicum, medium, clypeum minorem cum Fasce ostendit gentilitio. Inscriptio: MONET. NOVA. STOKOL. 1528.

 Super-

Superstes à temporibus Gustavi I. Nummus hic rarissimus nunc asservatur in Archivo Regio; nec unquam hujusmodi alium ex auro videre mihi licuit: ex argento tamen hujus generis unum, eximiâ quoqne raritate præstantem, ipse possideo. Exactionibus Regum extraneorum gravissimis sæpiusque iteratis, exhausto ærario tam publico quam privato, Rex Gustavus I. Civitati suæ Stokholmensi privilegium cudendæ monetæ indulsit, cùm sibi ipsi non suppeteret, unde cuderet. Suam ergo in Regem benignissimum observantiam testatura, dicta Urbs, Nummos tales inaugurales fabricari fecit. Nec tantùm Gustavo I. regnante, sed etiam Johanne III. privilegio ejusmodi gavisa est Urbs hæc, ut ex Constitutionibus Monetariis vetustis, nec non Inscriptione nummi cujusdam Johannis III. liquet.

TAB. III. *N.* 1.

Caput Gustavi. Inscript. GOSTAWS. D. G. REX SWECIE.

Scutum ovale coronatum, cum Insignibus Gentilitiis. Lemma: DEVS DAT CVI VVLT.

Hic nummus oppositus est temeritati *Christierni* II. qui è Sveciâ ejectus, revertendi animum, amissiq; Regni recuperandi spem, cuso in Dania nummo, professus est, quem suprà, è Luckio adduximus. In illo *Aquila* (quo se hic jactat Symbolo) ungvibus arripit *serpentem* (quo Regem nostrum pingi dicam, an pungi jussit) addito lemmate: DIMICANDUM. Sed sangvinolentum hoc consilium Rex optimus Gustavus Divinæ justitiæ umbone frustratus est.

Nummi Usuales.


Thaleri Imperiales.

TAB. III. *N.* 2.

Imago Regis coronati palliatique, sceptrum & globum crucigerum manibus præferentis, addito Anno 1534. GOSTAV9 D. G. SWECIE GOTHOR. Q'. REX.

Scutum


GOSTAWS D G REX SWECIE


WLT DEVS DAT CVI


GOSTAV D G SWECIE GOTHOZ Q REX
15 34


OMNIS POTESTAS A DEO EST


GOSTAV D G SVE LE GOTHOZ Q REX
D


OMNIS POTESTAS A DEO EST
15 34

natos) videlicet Svecicum ac Gothicum: tertius nempe gentilitius, in pedum exstat intervallo. Inscr: GOSTAVS: D: G: SWECIE: GOTHORQ'R.

Servator mundi, capite radiato, dextrâ ad benedicendum compositâ; sinistrâ orbem tenet crucigerum. Inscr: OMNIS: POTESTAS: A: DEO: 1540.



Rex, simili habitu ornatuque conspicuus, ante se Scutum habet quadripartitum, cum Insignibus Sveo-Gothicis & intermediis gentilitiis. Inscript: GOSTAVS. D. G. SWECI: GOT: WAN: REX.

Aversa effigiem ostendit CHRISTI, sublatâ dextrâ (quæ unà cum humero & pectore nuda est) benedictionem impertientis, & sinistrâ globum crucigerum tenentis. Inscr: SALVATOR. MVNDI. ADIVVA NOS. 1542.

Ratio hujus symboli est, quòd Evangelicâ Religione introductâ, loco S. Erici, qui hactenus Regni Patronus fuit salutatus, imaginem Salvatoris exprimi maluerit Rex pius cum dictâ Inscriptione: *Salvator mundi adjuva nos.* Eandem rationem habet Epigraphe paulò infra occurrens: *Ego sum via, veritas & vita.*

Typus



Typus ſimilis, præterquam quod Rex promiſſâ barbâ, tanquam ætate provectior, conſpicuus eſt. Inſcriptio quoque eadem ut & Averſa, quæ non niſi corpore Servatoris magis nudato, & Anno 1559. ad latera ejus extante, differt.

Semithaleri.



Effigies Regis coronati palliatique ſceptrum & globum manibus tenentis, addito Anno 1534. GOSTAV9 D. G. SVECIE GOTHORQ' REX.

Clypeus quadripartitus & coronatus, cum Inſignibus Sveo-Gothicis & intermediis gentilitiis. OMNIS. POTESTAS. A. DEO. EST. A. 15. L. id eſt, *ad 15. lot*, quo bonitas Monetæ interior indicatur.

Imago



Imago Salvatoris dimidia cum inscr: EGO: SVM: VIA: VERITAS: ET: VITA.

Duo clypei ad se invicem inclinati, Coronâ superiùs ornati; dexter tres Coronas, sinister Leonem Gothicum ostendit. Additur infrà annus 1545. Epigraphe habet: INSIGNIA. REGNI. SVE. GOTH. ET. WAN.

Quartæ partes Thaleri, vulgò Riksörter.

T. II. N. 8.

Icon Regis palliati, cum serto in Capite, gladio in dexterâ, Orbe crucigero in lævâ; additus annus 1534. Epigraphe habet: GOSTAVVS. D. G. REX. SWECIE.


Clypeus coronatus, Cruci incumbens, Insigniaque Svecica & gentilitia præferens. Epigraphe: MONETA STOKHOLM.



Imago Regis coronati ac gladium strictum gerentis. Inscript: GOSTA: D: G: SWE: GOTH: ET. WAN. REX.

Scutum

Scutum coronatum, cum falce & tæniis, insignibus nempe gentilitiis; additi numeri 45. compendio annum 1545 designantes. Inscript: BEATVS. QVI. TIMET. DOMINVM.



Adversam constituunt verba in areâ scripta 1536. GOSTAVS. DEI. GRACIA. SWECIE. GOTORVMQ'. REX.

Aversam Clypeus coronatus Svecicus, & verba: MONETA. NOVA. STOCHOLMENS.



Dimidia effigies Regis coronati & cataphracti, cum inscript: GOSTAVS. D. G. REX. SWECIE. 1536.

Clypeus Sveticus coronatus, cum intermedio clypeolo gentilitio, atque circumscriptus hac Sententiâ: SI. DEVS. PRO. NOBIS. QVIS. CONtra. NOS.

Octava pars Imperialis, vulgò Half Riksort.



Effigies Regis coronâ ornati, & cataphractâ muniti, adjecto utrinque num. 37. Inſcr: GOSTAVS. D. G. REX. SWECIE.

Scutum coronatum, majori cruci impoſitum, cum Inſignibus Svecicis. Inſcr: MONETA. NOVA. STOCH.

Huc usque Nummi, qui modum imitantur Thalerorum Imperialium; qui ſequuntur, valore Svecico metiendi.

Dimidium Thaleri Svetici, ſeu 2. Marcæ.



In areâ nummi, & quidem in formâ quadratâ hæc leguntur: GVSTAVS: D: G: SWECORUM: GOTTORVM: WANDALORVMQ': REX: Extra formam illam in ſummo 1559. In imo valor, nimir. XVI. ÖRE.

Scutum quadripartitum, coronatumque, cum Inſignibus Sveo-Gothicis & intermediis gentilitiis. Inſcript: BEATVS: QVI: TIMET: DOMINVM.

Quar-

Quartæ Thaleri partes, ſ. Marcæ.



Effigies Regis cum coronâ & cataphractâ, manibus enſem, globumque geſtantis. Inſcript: GOSTAVS. D. G. REX. SWECIE.

Tres clypei, quorum duo ſuperiores, ad ſe invicem inclinati, coronáque ornati, Inſignia Sveo-Gothica, tertius inferior, faſcem gentilitium oſtendit, additis utrinque binis notis numeralibus, quæ conjunctim Annum 1543. indicant. Inſcriptio: BEATVS: QVI: TIMET: DOMINVM.



Imago ſimilis, Rege aliquantùm Seniore.

Averſa pars integra præfert Inſignia Sveo-Gothica & gentilitia in Scuto qvadripartito, atque ita circumſcripto: BEATVS. QVI. TIMET. DOMINVM. 1556.

Nummi Orarum IV.



Rex cataphractus, dextrâ sceptrum, finistrâ pomum crucigerum gerens. Inscr. GOSTAVS. D. G. REX. SWECIE.

Scutum coronatum cum insignibus Sveciæ & intermediis gentilitiis, in minori Scuto. Inscr: OMNIS. POTESTAS. A. DEO. 1539.

N.

A proximè exhibito solâ discrepat aversæ partis Inscriptione: DOMINI. EST. TERRA. &c. 1544.

Causa cur Gustavus I. toties Symbola sua (sc. DEVS DAT CVI VULT: OMNIS POTESTAS A DEO EST: BEATVS QVI TIMET DOMINVM: DOMINI EST TERRA. &c.) in nummis commutaverit, est, quod Christierni Tyranni literis & diplomatibus, scommatum & contumeliarum plenis, in quibus eum de invasione & injustâ possessione regni Sveo-Gothici accusat, nec mitiùs aut modestiùs, nec magis Christianè respondere potuerit.



In adversâ effigies similis; sed sceptrum cum gladio commutavit Rex.

Aversa solo Anno 1558. differt.

Num-

Nummi duar. Orar.



Caput Regis cum coronâ. Inscr: GOSTAVS. D. G. REX. SWECIE.

Aversæ typus similis; sed additus in Scuto est Annus 41. Inscriptio: OMNIS POTESTAS A DEO.



Effigies ferè similis, atque additus inscriptioni numerus 57. Scutum coronatum cum fasce & tæniis. Inscriptio eadem.



Adversa eadem, sed deest numerus.

Scutum cum tribus coronis; addito numero 59. Inscriptio eadem.

Nummus Aboënsis.



Caput Guſtavi, addito inſcriptioni Anno 1537.

Clypeus coronatus, cum inſignibus regni Sveciæ, & intermediis gentilitiis in clypeo minori. Inſcriptio: OMNIS. POTESTAS. A. DEO. EST.

Claudent hoc agmen Nummi Quadrati, vulgo Klippingar dicti.



G coronatum, adjecto anno 1556.
Tres coronæ, addito valore: 16. ÖR.




Eadem


Eadem Litera coronata, cum anni notis 1543. Coronæ Sveticæ & valor 15. ÖR.




Nummus ſimilis, excepto valore: 12. ÖR.



Solùm Anno 1556, & valore 8 ÖR. à prioribus abit.



Eodem gaudet typo, tantùm valore 4. ÖR. diverſus.



Duas oras valet; cæteroquin non abludit à proximè ſuperioribus.

Nummi

Nummi Rhombiformes.



Scutum coronatum cum Inſignibus Sveciæ, addito anno 1557. Scutum ſimile cum faſce & tæniis. Valor additus; 16. ÖRE.



Solo valore 8. orarum differt.



Conſimilis eſt, ſed differt valore 4. OR. quem latus adverſum exprimit; averſo Annum indicante.

ERICVS XIV.

A. 1561.

Nummi Symbolici.

Ex


SWECIÆ·ERIC·14·D·G·REX·


DAT·CVI VULT


ERICVS·XIIII·D·G·SVE·GOT·VAN·OZ·REX·


DAT CVI VULT·


GOSTAWS·D·G·REX·SWECIE·


ERICVS XIIII·D·G·SWECIÆ·REX

Ex Nummis Erici purè Symbolicis non mihi licuit plures hisce tribus, in Tabulâ sculptis, invenire. Qui primum occupat locum, regno ejus ad finem vergente fatalem, cusus, ultimo rectiùs loco debuisset poni. Atque hujusmodi inversus Ordo in nonnullis aliis etiam Tabulis apparet. Id quod ex eo factum, quod, in sculpendo, non semper quod vellem ac deberem, sed quod mihi sors priùs obtulerat, priùs expediverim. Attamen, ob præstantissimam primi Nummi materiam, nunc hîc quoque, in commentando, ordinem, quem Tabula isthæc dat, observabo.

ERICI XIV. TABVLÆ. *Num.* I.

Caput Regis laureatum, anno infrà notato 1568. Inscript: ERIC. 14 D. G. REX. SWECIE.

Nomen Dei tetragrammaton supra nubes radians: ex his in terram delabitur sceptrum, fœminæ, ut quidem videtur, infrà stanti tradendum. Eminus in mari alto & tempestuoso cernitur navigiolum velis ventisque utens. Inscr: DAT. CVI. VVLT. connectenda cum voce JEHOVAH. Quod Symbolum (ponendo יהוה pro DEVS) in Numismatis memorialibus, Nummisque usualibus, à Parentis, id est, GVSTAVI. I. Numismate mutuatus est.

Aureus est hic nummus, pondere ferè sesquiducatum æquans, & in honorem Catharinæ Magni filiæ, quam Ericus è plebejo genere in regni torique consortem eodem sibi anno adsciverat, cusus ac largiter distributus. Stultitiæ indicium interpretantur alii has nuptias, qvas, pro præsenti rerum habitu, sibi & solio suo firmando adprimè utiles futuras ipse Rex dijudicaverat. Externorum connubiorum appetens, primùm responsa læta undecunque tulit; at compertâ animi ejus inconstantiâ & varietate, ab omnibus, quas ambiebat, repulsam accepit. Concubinas intereà amavit, & harum unam, Catharinam scilicet, de qua sermo est, in deliciis habuit. Erat puella facie venustâ, & moribus ad aulam, in qua educata erat, compositis. Et ex hac simul cum aliâ prole filium progenuerat Gustavum. Quem si legitimum regni hæredem constituisset, fratrum, à quibus sibi metuebat, insidias & machinationes eludere se

posse autumavit. Quamobrem matrem illius Catharinam publicis sibi nuptiis jungendam ratus; has ut solenniores efficeret, & nummo supradicto, & diplomatibus impressis, juramenti formulam suppeditantibus, allaboravit. Ac eorum quidem duo sunt. Alterum inscribitur: *Declaratio Procerum, Nobilium aliorumque Subditorum Erici Svecorum* &c. *Regis, adversus Duces Johannem & Carolum eorumque asseclas.* Et huic omnes in universum subscribere debebant. Alterum verò ejusdem, cum præcedente, tenoris verborum est, immutato parùm titulo. Et huic ut quisque sigillatim subscriberet, animo Rex intendebat. Sensus verò illorum eò inprimis spectat, ut Magnates, Cives, subditique, quotquot subscripserant, Regi Erico XIV. fidem, quam debebant, præstarent inviolatam: Catharinam Magni filiam pro legitimâ Reginâ, & omnes, quos hæc sive peperisset, sive paritura esset, filios, inque his Gustavum, de quo locuti sumus, pro legitimis regni hæredibus agnoscerent: Fratres denique suos Johannem, Carolumque pro rebellibus, ac Regis, regni, suisque hostibus & haberent & declararent. Nam imperium illos moliri Ericus resciverat, quanquam militem illos Wadstenæ legisse, ipso adhuc nuptiarum die, ignoraret. Et verò, quasi hos tumultus longè prævidisset, Fratrem Johannem non antè è carcere, in quo illum ultra qvatuor annos detinuerat, dimisit, quam Gustavo regni successionem assignâsset, idque scripto & jurejurando firmâsset. Catharinam autem, ut ea fastigio Regio videretur dignior, nobilium in cœtum cooptavit, datis ei Insignibus, insuperque binos ejus Avunculos, Rusticos, in eundem honoris ac dignitatis gradum, nullo accedente alio merito, evexit.

N. 2.

Caput Regis coronatum cum inscriptione: ERICVS. XIIII. D. G. SVE. GOT. VANQZ. REX.

Nomen Dei tetragrammaton radiis circumfusum, cum sceptro è nubibus in globum terrestrem delabente. Inscr: DAT CVI VVLT. Quæ verba construuntur cum nomine IEHOVA supernè posito.

N. 3.

Effigies Regis laureati & loricati. ERICVS XIIII. D. G. SVECIÆ. REX.

Similis Imago Patris, adſcripto nomine & titulo: GOSTAWS. D. G. REX. SWECIE.

Thalerus Imperialis.



Adverſa pars exhibet Regem cataphractum, cum coronâ clauſâ, manibus enſem globumque crucigerum gerentem. Inſcr: ERICVS. XIIII. D. G. SVE. GOT. VANQZ. REX.

In averſâ cernitur, præter epigraphen: DEVS DAT CVI VVLT, & Æræ Chriſtianæ annum 1561, Clypeus quadripartitus cum ſuperimpoſitâ clauſâ coronâ, inſignia habens Sveo-Gothica cum gentilitiis intermediis in clypeo minori. Majorem clypeum ambit teſſera Ordinis Salvatoris, capita continens Angelica ſeu alata, quibus Faſces Regii alternatim adjuncti, infrà pendente ornatu ovali, in quo extat effigies Salvatoris globo inſidentis, dextrâ vexillum triumphale geſtantis, & pede dextro ſerpentem conculcantis.

Has allegati Ordinis circumſtantias omnes, quas in Imperiali, ob ſpatii anguſtiam, non tam accuratè exprimere potuit Monetarius, didici & hauſi ex diplomate veteri ejusdem Regis, quod ipſe vocavit *Signum pacis*, in quo nihil præter titulum & delineationem dicti Ordinis Salvatoris conſpicitur. In ipſo tamen

 Ordi-

Ordinis medio cernuntur omnia regnorum Aqvilonarium sc. Sveciæ, Gothiæ, Norvegiæ & Daniæ Insignia. Quæ, unà cum dicto Ordine Rex prænominatus etiam in Sigillo suo Regio exprimenda curavit, ut vicem exsolveret Danis, qui tribus coronis, Insignibus nempe Regni Sveciæ, in Sigillis atque alibi, paulò anteà uti cœperant. Occurrunt hîc notanda, quæ silentio præterire nefas ducerem, nimirum: Hic Ericus coronæ clausæ usum primus in Sveciam, & tempore quidem inaugurationis suæ, introduxit, cùm omnes ejus Antecessores coronâ apertâ uti consueverint. Causa ejus rei duplex asseritur. Una, quod regnum hæreditario jure, vi pacti à Patre Gustavo I. Anno 1544 d. 1. Jan. Arosiæ confecti, ad se devolutum primus occupaverit, cùm ante illum corona per electionem singulis Procerum patuerit. Altera, quod corona clausa apud Auctores Heraldicos indicet, quod ejus Possessor neminem supra se agnoscat, præter Deum. Carolus V. Romanorum Imperator, qui paucos antequam Ericus regnare cœpit annos, vivere desiit, primus coronam clausam, Imperatori Romano anteà cum aliis Regibus communem, in illam, quæ hodieque Imperialis est, mutavit, ut esset inter Imperatoriam & Regias, quæ tunc ferè omnes clausæ erant, saltem aliquantulum discriminis. Et longo post intervallo Christianus IV. è Danicis Regibus primus coronâ demum clausâ circa annum 1628 uti cœpit, ut videre est in Muséo Regio Danico Oligeri Jacobæi.

Quod autem ad Ordinem Salvatoris attinet, scire te velim, Lector Benevole, *Ericum* veterem Nominis JESV vel Seraphinorum Ordinem, quem *Magnus Erici* cognomento *Smek* A. CHR. 1334. primus instituerat, ita immutasse, ut pro duplici cruce Patriarchali inter capita alata reposuerit fasces gentilitios, proque IHS cum quatuor claviculis, in figurâ ovali Salvatoris imaginem. Et quanquam Rex solenni inaugurationis die Upsaliæ III. Comites, IX. Barones & XXIV. ex Eqvestri censu hac Ordinis tesserâ donavit, his usus verbis, cum ter gladio percuteret novellos Equites: *Deus te hominem creavit; Ego te Equitem creo; esto animosus & fidus mihi, hostibus meis fortis appare;* exspiravit tamen cum ipso Auctore hic Ordo, solâ ejus memoriâ ex his nummis æquè ac a-

ac aliis monumentis nunc nobis ſuperſtite. Et quamvis omnes ejus Imperiales, quos durante ſeptenni imperio ſingulis annis cudendos curavit, ejusdem cum hoc typi ſint, eundemque Ordinem exprimant; hic tamen, qui A. 1561. cuſus eſt, fuit inauguralis, ideoque magnam talium copiam ipſo inaugurationis die, in publicum Rex diſtribui & ſpargi juſſit. Hic autem Nummus ex auro quoque conflatus fuit.

Semithalerus.



Omiſſâ Ordinis teſſerâ, nummus ſimilis.

XVI. Oræ, ſ. II. Marcæ.



Scutum ovale quadripartitum, coronâ clauſâ ſuperiùs ornatum, ferens inſignia Sveo-Gothica, cum gentilitiis intermediis in

 ſcuto

ſcuto minori. Inſcript: ERICVS. XIIII. D. G. SVE. GOT. VAN QZ. REX.

Sceptrum Regium è medio cœli proveniens, et ſupra Urbem pendulum, cum epigr: DEVS. DAT. CVI. VVLT. 1562.



Adverſa eadem.

Quadrum palmæ ramis & tribus coronis faſcibusque ornatum, cujus medio inſcribitur: CVI VVLT DEVS DAT. Supra illud annus extat 1563. infrà nummi valor, nimirum XVI. ÖRE.



Scutum ſimile, cujus duæ primæ areæ Sveo-Gothica, tertia Norvegica, quarta Danica habet inſignia, additis in Scuto minori intermedio Inſignibus gentilitiis: Inſcr. eadem.

Averſa ſimilis, excepto Anno 1565.

Marcæ.

Marcæ.



Effigies Regis coronâ clauſâ & loricâ conſpicui. Inſcript: ERICVS. XIIII. D. G. SVE. GOT. VAN. Q'. REX.

Clypeus ovalis coronatus, cum Inſignibus Sveo-Gothicis, & gentilitiis. Epigr: DEVS. DAT. CVI. VVLT. 1567.



Scutum ovale coronatum, cum Inſignibus Sveo-Gothicis & Gentilitiis, circumdatum his literis: ERICVS. XIIII. D. G. SVE. GOT. VA. Q. RX.

Sceptrum è cælo delabens excipitur à Viro infrà ſtante ad Urbem, in medio aqvarum ſitam, qua Holmia quodammodò adumbratur. Inſcr: DEVS. DAT. CUI. VVLT. 1562.

Ad iſtum ferè modum occurrit, in Numiſmatibus nonnullis Helvii Pertinacis, Vir ſtans, globum è cœlo delabentem manibus excipiens, additâ epigraphe: PROVIDENTIA DEORVM. Quo typo nihil aliud indicare voluit bonus Imperator, quàm quod Orbis Romani Imperium à Diis potiſſimùm ſibi ſit delatum.

Caput



Caput Regis coronatum, cum epigraphe: ERICVS XIIII. D. G. SVE.. GOT. VAN. Q. REX.

Scutum ovatâ formâ, in quo Sveo-Gothica, Norvagica, Danica & Gentilitia Inſignia cernuntur. Epigr: CVI: VVLT: DEVS: DAT: 1568.

IV. Oræ.

N.

Adverſa eadem.

Scutum ſimile cum Inſignibus Sveticis & gentilitiis intermediis. Inſcript: eadem eſt, præter hunc æræ Chriſtianæ Annum, 1567.

I. Ora.



Rex coronâ, cataphraƈtâ, pallio, enſe & globo crucigero, poſitisque inter pedes Inſignibus gentilitiis, conſpicuus. Inſcript: S. ERICVS. REX. SVVECIE.

Clypeus coronatus cruci incumbens, inſignitus tribus coronis & E literâ intermediâ. MONE. STOKHOLM. 1564.

In

In hoc nummo Ericus veterem notam Orarum, à Patre Gustavo ante reformationem Religionis cusarum, imitatus, in adversâ (non ex propensione ad Religionem Pontificicam, sed merâ allusione ad nomen suum) posuit inscriptionem *S. Erici*; inque aversâ, literam initialem nominis sui E tribus addidit Coronis.

Semi-Ora.



Litera E coronata, inter notas numerales 6. & 3. Annum à nato CHRISTO 1563. compendio designantes. Epigraphe: ERIC. 14. D. G. REX. SWECIE.

Scutum fasce & tæniis notatum. MONE. NOVA. STOKHOLM.

Nummi Rhombiformes.



Scutum coronatum cum literis E. R; ab utroque latere crux extat, & nummi valor divisè, 16. OR.

Scutum simile cum tribus coronis; utrinque binæ numerales notæ anni 1564. additæ.


N.

L Hic


Hic à priori haud differt, niſi quod gemina exhibet, hinc inde à dexterâ & ſiniſtrâ coronæ parte, puncta, quæ indicant, ceu me docent conſtitutiones monetariæ Erici XIV. hujus generis nummos Anno 1563 auctoritate *Magni,* Oſtro-Gothiæ Ducis, fuiſſe percuſſos, ut à reliquis diſcriminarentur. Hic enim ſuo monetæ cudendæ jure, ſed tamen ſub nomine Erici, gaudebat.



Nummus primo ſimilis, ſi valorem 8. ORE & Annum 1562. excipias.



Typus utrinque idem; valor 4. OR, annusque 1564. diſcrepant.



Typo annoque eodem cuſus; valet 2. OR.

Num-

Nummi Revalienses.

XVI. Oræ s. II. Marcæ.



Scutum ovale quadripartitum coronatumque, Insignia Sveo-Gothica & Gentilitia exhibens. Inscr: ERICVS: XIIII: D: G: SVE: GOT: VA: REX.

Scutum ovale crucem æqualibus alis præferens. Inscr: MONETA: NOVA: REVALIENSIS: 61.

Cusus hic nummus eodem tempore, quo Revalia à Moschorum Tyranno Joh. Wasiliwitz acriter obsessa, cæteris Æsthoniæ Urbibus ab eo jam occupatis, defensionem & auxilium Regis, missis huc Senatore tum primario, Joh. Schmiedemanno, & Justo zur Hacken / Seniore ex collegio Civium, ambivit, ejusque tutelæ se suosque tradidit.

N.

Nota par præcedenti. Inscriptio: ERICVS. XIIII. D. G. REX. SWECIE.

Scutum lateribus excavatis, Gallis, *Ecu en cartouche* dictum, cum cruce alternis alis inæquali. Inscr: MONETA. NOVA. REVALIENSIS. 62.

8. Oræ, s. Marca.



Imago Regis cum coronâ clausâ & loricâ. Inscr: ERICVS: XIIII. D: G: SVE: G: V: REX.

Aversa, qvalis prior.

II. Oræ.



Effigies antecedenti similis. Epigraphe: ERIC. 14. D. G. REX. SWECI.

Typus similis. Epigraphe: MONE. NOVA. REVALIE. 61.



Imago eadem. Inscript: ERIC. XIIII. D. G. REX. SVVE.

Clypeus similis cum insignibus Urbis, tribus sc. Leonibus. Inscr: MONE. NOVA. REVAL. 67.

N. Ad-

N.

Adversa eadem.

Aversa Scuto ovali & anno 1568. à priori differt.

Solidi Revalienses, vulgò Skillingar.



Litera E cum coronâ apertâ & numero 62. Inscr. ERIC. XIIII. D. G. R.

Scutum cum cruce inæquali. Inscr: MO. NOVA. REVAL.



Eadem litera cum coronâ clausâ & numero 68. Inscr: ERIC. 14. D. G. REX.


Tres Leones. Inscr: MO. NOVA. REVA.

Iohannis Finlandiæ & Caroli Sudermanniæ Ducum, Fratrum, posteà Regum Sveciæ, Nummi Wadstenenses.

Ordo temporis postulat, ut horum Principum, qui ambo Reges deinde, sed alter post alterum, facti, nummos recenseamus, quos, inito adversus Fratrem Ericum fœdere, eodem, quo ille in-

 dig-

dignum fastigio Regio matrimonium contraxit, anno, ad conscribendum militem, *Wadstenæ*, in Ostrogothiâ, cudi fecerunt, proindeque *Unionis Monetam* (vulgò Unions Klippingar) appellârunt.



Nummi quinque sunt, magnitudine & valore diversi, omnes tamen Rhombiformes & ex purissimo argento conflati.

Adversæ partes fascem exhibent gentilitium, cujus pars superior tegitur coronâ clausâ, & media vinculo cingitur in se ipsum redeunte, ita ut nec principium nec finis illius appareat. Ab hujus vinculi spiris extremis hinc I, illinc C, literæ initiales amborum Princi-

Principum, pendent. Inferius in quolibet horum nummorum additur annus, quo percuſſi ſunt, 68: talis enim moneta, nec ante nec poſt illud tempus unquam cuſa eſt.

Averſæ coronas tres habent cum valore nummorum, quorum primus eſt 8. *Marcarum*, ſecundus 4. tertius 2. qvartus 1. qvintus dimidiæ marcæ, vel quatuor orarum.

In primo vel maximo, folia cernuntur qvercica, ſerti inſtar qvadraturam nummi ambientia, non ornatûs gratia, ſed ad denotandam initæ inter ambos fratres unionis conſtantiam, illic poſita. Nam iſta in nullâ aliâ monetâ Svecicâ reperies, nec à quopiam, quid ſibi velint, unquam eſt explicatum. Rem ſic habeto. Johannes Dux erat erectæ & manſvetæ indolis, pulchritudinis eximiæ, eruditionis raræ, eloquentiæ ſingularis, Lingvæ Latinæ, Italicæ, Anglicæ, Polonicæ & Germanicæ callentiſſimus, Architecturæ artisque Heraldicæ peritus, omnibusque pacis bellique artibus à Patre Guſtavo I. inſtructus; ſed cum à Fratre natu majore, Rege Erico, in tædioſo ſex annorum carcere detentus, ab Eqveſtribus & Regiis exercitiis diu ceſſaſſet, fortunæque adverſitas animum ejus aliqvantillum fregiſſet, paulò tardior in rebus agendis, nec ſatis ſufficiens ſibi ipſi viſus eſt. Ideoque Fratrem, natu minorem, Carolum in ſocietatem conſiliorum actionumque ſuarum adſcivit. Sed tandem ab illo, quem & ſe alacriorem, & multò majore apud milites gratiâ & auctoritate pollentem videret, ſibi ipſi metuens, ne ſcilicet ademptum Fratri Erico regnum ſibi vindicaret, ſpe participandi imperii ambitionem fraternam lactare conſtituit, donec res omnis eſſet in vado. Succeſſit conſilium, & ſub magnâ qvercu in Oſtro-Gothiâ fœdus arctiſſimum inter Johannem & Carolum dictâ conditione eſt ictum. In cujus rei memoriam, omnes utriusque Principis Aulici in pileis ſuis, longo poſt tempore geſtaverunt folia qvercea, ceu conſtantis & perennaturæ inter Principes amicitiæ ſymbola, eaque ipſa etiam Principes in hoc unionis nummo curaverunt exprimenda. Confer ea, quæ de ſerto foliorum laureorum, ad nummum maximum Rhombiformem, à Johanne Rege percuſſum, infrà commentabimur. Vocati etiam fuerunt iidem nummi *Klippingi ſangvinarii*

gvinarii (Blodklippingar.) Ratio appellationis est, quod duobus his Ducibus Fratribus, ad conficiendam hanc *unionis monetam* Comitissa Mertha, Svantonis Sture Conjux, mutuo dederit illud ipsum argentum, seu istas mille marcas argenti puri, quas illi Ericus XIV. ad expiandam cædem filii Nicolai, atroci Regis hujus manu commissam, quasi per vim obtruserat. Quod ex vetusto documento, ad exemplar schedulæ, quam suapte manu exaratam reliquit dicta Comitissa, per Domesticum illius exscripto, didicimus. In illâ omnem sibi & familiæ suæ immerenti à Rege Erico illatam vim atque injuriam prolixiùs recitat, ac inter alia commemorat, maritum suum Svantonem, & filium Ericum Sture, utrumque seorsim, per carnifices, in carcerem immissos, & alterum filium natu majorem, Nicolaum, ut suprà diximus, propriâ Regis manu, necatos, quod accidit Upsaliæ d. 24. Maji 1567.

IOHANNES III.

A. 1568.

Symbolici s. Honorarii nummi, partim aurei, partim argentei.

Præter Pietatis, Literarum, variarumque Lingvarum studia, quibus Rex Johannes III egregiè institutus atque imbutus erat, non infelicem etiam operam (quod leviter suprà attigi) Architectonicæ & Heraldorum arti dedit. Architectandi scientiam ipsi complures Arces aliæque ædes publicæ, passim per Sveo-Gothicum Regnum, ipsius ingeniosâ curâ pulchrè artificioséque partim ex ipsis fundamentis exstructæ, partim instauratæ ac renovatæ, adjudicant. Artis autem Heraldicæ peritia jure ex eo, illi attribuitur, quod primus, secundum hujusce artis præcepta, Regni insignia provincialia aut emendavit, aut de integro excogitavit; quæ etiam, juxta Regni Clypeum, ab ipso primo tam in Ceris majoribus, quam in Monetis ac Numismatibus adhibita sunt: cujus quoque moris nonnulli ejus successores observantissimi fuerunt, quod clarè inferiùs videre datur.

Johan-



Elias Brenner, sculps. 1716.


IOHANNES·III·D·G·SVEC·GOTH·WAND·REX


DE VS
PROTE CTOR
NOS TER
I R


IOHANNES III D G SVE GOT WANDREX


KATRINA·D·G·SVE GOTH·WAND·REGI




MISERICORD·ET·VERITAS·CVSTOD·REG·ET·ROBOR·CLEM·THRON·EIVS
BENE FACIENDO NEMINEM TIMEMVS
DEVS PROTECTOR NOSTER

JOHANNIS III. TAB. II.

N. 1.

Icon Regis cataphractam induti, cum Inscript: IOHANNES. III. D. G. SVEC. GOTH. WAND. REX.

Scutum coronatum quadripartitum, cum Insignibus Sveo-Gothicis & Gentilitiis, quod tessera ambit Equitum ab Agno Dei, additis verbis: DEVS PROTECTOR NOSTER. I. R.

Instituit autem Rex Johannes hunc Ordinem A. 1569. Eqvitesque hoc ipso in Ruthenos, seu Moschos, cum quibus gravissimum illi tum bellum erat, animavit, armavitque.

Tessera ex duabus potissimum partibus, aliquoties repetitis, constituitur, serto scilicet laureo coronato, quod à latere dextro Leo Svecicus strictum ensem tenens, à sinistro Draco prehendit, at uterque stans & erectus, atque fasce gentitilio, coronâ clausâ ornato, cui caput Seraphini (quod licet in numismate obscuriùs, in sigillo tamen magno dicti Regis clariùs apparet) superimpositum est. Et sertum quidem descriptum cum fasce gentilitio alternatim ponitur, donec torquem, ubi in gyrum ducitur, ex infimâ parte claudant duo Angeli expansis alis flexisque genibus Servatoris effigiem tenentes, sub qua *Agnus DEI* cum vexillo conspicitur pendulus; ex quo tanquam re potiori, suam quoque sortitus est appellationem hic Ordo. Ut autem in tesserâ connecti possint diversæ hæ figuræ, è serto propendent duæ fasciæ, quarum altera pedem Leonis sinistrum, altera pedem tangit Draconis dextrum, & cauda Draconis extremitate suâ attingit ultimam partem Insignium gentilitiorum, quæ ab altero latere per catenulam interpositam connectuntur pedi dextro Leonis; qui modus per totum ambitum servatur. Veruntamen & hic Ordo non ampliùs superest, sed cum Rege, primo Auctore, occidit desiitque.

TAB. I. *N.* 1.

Imago Regis coronati. IOAN. D. G. REX. MAGNÆ SWECIÆ.

Septem Sagittæ colligatæ. NEC. QVICQVAM. NISI. EMISISSEM.

Hocce numisma Sylloge Numism. Luckii, è paginâ 236. nobis suppeditavit.

TAB. II. *N.* 2.

Caput Regis laureatum, cum inscriptione: IOHANNES. III. D: G: SVE: GOT: WAND: REX.

Imago Reginæ singulari capitis ornatu conspicuæ. Inscr: KATRINA: D: G: SVE: GOTH: WAND: REGI:

TAB. I. *N.* 2.

Caput Regis nudum. Inscr: IOHANNES III. D. G. SVECORV. GOTHO. WANDALO:Q. ETC. REX.

Caput Reginæ, singulari ornamento excultum. Inscr: CATHARINA. D: G: SWE: GOT: WAN:Q. ETC. REG: INF: POLO:

Posteriora duo vocabula integra legantur: INFANS POLONIÆ. Hic titulus INFANTIS liberis Regum Hispaniæ & Portugalliæ longo tempore fuit proprius; ejusque magnitudinem & excellentiam satis superque testantur Ferdinandus I. & Rudolphus II. ambo Reges Romani & Hungarici, quandoquidem in diplomatibus aliisque literis publicis illum præposuerunt titulo Archi-Ducis Austriæ. Ad horum imitationem Regina Catharina Jagellonica, ut se è Rege Poloniæ natam posteritati significaret, Majestatis uberioris ergo se vocavit *Infantem Poloniæ*. Quo insimul honoris Titulo ipsa ab illâ alterâ Reginâ Catharinâ, Magni Filiâ, Regis Erici XIV. Uxore, ignobilibus nimirum parentibus ortâ, quæ etiam, cùm isthoc Numisma ex officinâ prodiret, apud Sveones vitam agebat, insigniter discerni voluisse videtur.

TAB. II. *N.* 3.

Effigies Regis cum clausâ coronâ & cataphractâ, manibus ensem, globumque crucigerum tenentis. Inscript: IOHANNES. 3. D. G. SWE-

G. SWECORVM. GOTOR. VAN. RX. Circa illam viginti tres parvi clypei coronati, cum totidem Provinciarum Insignibus, quæ in unum collecta nusquam in ullis Nummis antehac videre licuit.

Clypeus formâ cordis conspicuus, isque coronatus & quadripartitus, cum Sveo-Gothicis & gentilitiis Insignibus. Et illum triplex cingit inscriptio. Exterior: MISERICORD: ET: VERITaS: CVSTOD: REG: ET. ROBOR: CLEM: THRON: EIVS. Media: BENE. FACIENDO. NEMINEM. TIMEMVS. Intima: DEVS. PROTECTOR.-NOSTER.



Adversa similis, cum inscript: IOH. 3. D. G. SVE. REX.

Aversa quoque similis, nisi quatenus exterior inscriptio hîc est omissa.

Elegantissimi hi numi (quorum hic præcedente aliquantùm minor) promiscuè tam ex auro quàm argento varii ponderis conflat sunt eo tempore, quo Sigismundus, Sveciæ Princeps Hæreditarius in Poloniam iter parabat, ad regnum illud capessendum solennibus omnium ordinum suffragiis invitatus. Tunc enim Rex Pater Filio, inter cætera munificentiæ paternæ documenta atque indicia, centum dono dedit Nummos talium aliorumque typorum aureos, valorem habentes diversum, gradatimque in progressione arithmeticâ auctum; Matrices enim quatuor fuêre. Prima signabat Ducatum (cujus delineatio cum descriptione proximè hîc sequetur) & crassitie Nummorum paulatim auctâ adscendebatur ad valorem

 qua-

quatuor Ducatorum. Secunda erat in peripheriâ largior, signabatque Nummum quinque Ducatorum; & quò crassior moneta cudebatur, eò magis adaugebatur valor. Idem de reliquis esto judicium. Verùm omnes hi centum Nummi summam conficiebant 5050. Ducatorum, seu 10100. Thaleror. Imp.

Nummus Aureus.



Caput coronatum Regis. Epigr: IOHANN. 3. D. G. REX. SWECIE.

Scutum Svecicum coronatum, cum Anno 1569. Epigr: DEVS. PROTECTOR. NOSTER.

Nummi ex auro Rhenano conflati.



Fascis gentilitius, cum coronâ clausâ, adjecto valore 48. M. & anno

anno 1590. Infcr: IOHANNES. 3. D. G. SVECIE. GOT. VAN. REX.

Medium qvadripartitum cum Infignibus Sveo-Goth. Infcr: MONETA. NOVA. AVREA. REGIS. SWECIE.



Notâ & infcriptione utrinqve fimilis : valet 24. marcas.



Eodem typo cufus valorem habet. 12. marcarum.



Fafcis fimilis, fed valor 6. marcarum. Infcr: IOHANNES. 3 D. G. SVEC. GOT. VA. RX.

Tres coronæ, cum notis numeralibus 91. & infcript: MONETA. NOVA. REGIS. SVECI.



Leo Gothicus, cum numero 90. & Inſcript: IOHANNES. 3. D. G. SVE. GOT. VAN. REX.

Tres coronæ cum valore 3. M. Inſcr: MONETA. NOVA. AVREA. REGIS. SVE.

Sed hi nummi omnes auri Rhenani, à Carolo Sudermanniæ Duce, publico programmate A. 1593. ad minus pretium redacti ſunt; ita, ut poſteà primus non ampliùs quàm 36. marcas, ſecundus 18. M. tertiùs 9. M, Quartus 4. M. cum dimidiâ, atque ultimus 18 oras valeret.

Thaleri Imperiales, ſeu Unciales.



Dimidia effigies Regis coronâ, enſe & orbe crucigero inſignis. Inſcr. IOH. 3. D: G. SVE. REX. Circa illam minores clypei coronati XXIII. cum Inſignibus Provinciarum. Vid. ſuprà. pag. 91.

Effigies Servatoris ſcutum ante ſe habentis qvadripartitum, cum Inſignibus Svethicis, Gothicis & Gentilitiis, addito anno 1576. Inſcr: SALVATOR. MVNDI. SALVA. NOS.

Rex



Rex cataphractus cum coronâ, gladio ſtricto & globo, appoſitum habens Scutum quadripartitum cum iisdem inſignibus, cui dextrâ manu innititur. Inſcriptio duplex eſt. Interior: DEVS. PROTECTOR. NOSTER. Exterior: IOHANNES. III. D: G. SVECIE. GOT. VAN. REX.

Redemtor humani generis, cum inſcr: SALVATOR. MVNDI. SALVA. NOS. 1575.



Imago dimidia Regis ſimiliter ornati; Inſcr: IOHANNES III. D: G: SVECIE. GOT. VAN. REX.

Scutum qvadripartitum coronatumque lateribus excavatis, cum Inſignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Inſcr: DEVS. PROTECTOR. NOSTER. 1574.

Dimi-

Dimidium Thaleri.



Nummus priori ſimilis, valore tantùm diverſus, & anno 1592.

III. Marcæ Suecicæ.



Faſcis gentilitius inter Svethicas coronas, quibus valor 3. Marc. & annus 1590 additi. Epigraphe: IOHANNES. 3. D. G. SVECIE. GOT. VA. REX.

Gothicus Leo cum Epigraphe: MONETA. NOVA. REGIS. SVECIE.

II. Marcæ Suecicæ.

Medium



Medium bipartitum cum Insignibus Sveo-Gothicis. Epigraphe eadem.

Figura qvadrata lineis rectis, cui inscriptum: DEVS PROTECTOR NOSTER. Ad latera valor nummi: 2. M. infrà annus 1590. Epigraphe eadem est ac illa aversæ prioris.



Medium quadripartitum cum Insignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Epigraphe eadem.

Aversa similis, excepto anno 1592, qui supra quadratum extat, infrà S addito, quod ad valorem referendum, ita: 2. M. S. id est, *duæ Marcæ Svecicæ*.

Marca.

Hi, qui nunc seqvuntur nummi, licet valorem unum eundemque literis inscriptis præ se ferant, bonitate tamen intrinsecâ mirum quantum inter se discrepant, scelere & imposturâ Mone-

tarii cujusdam Gvilielmi de Wyk, qui ex optimo argento conflatos cum deteriori ære commutavit, adeò ut, cum optimæ notæ marca qvartam thaleri uncialis partem pretio ferè adæqvet, peſſima hujus generis, imprimis quadrata, vix oram valeat. Non ſanè tantum damni Patria noſtra, per aliqvot annorum bella, paſſa eſt, quantum ſceleratiſſimus hic fallarius biennii ſpatio, annis nimirum 1591. & 1592. per monetæ adulterationem ei attulit.



Effigies Regis coronati cataphractâque induti. Inſcr: IOHANNES. III. D. G. SVECIE. GOT. VA. REX. 75.

Scutum qvadripartitum coronatumque, cum Inſignibus Sveticis, Gothicis & gentilitiis. A lateribus valor extat: I. M. Inſcript: MONETA. NOVA. STOKHOLM.

Hujus generis marcæ erant optimæ notæ, & valore æqnabant qvartam partem Thaleri Imperialis. Et has inprimis per emiſſarios conquirendas curavit nequiſſimus ille monetarius, de quo paulò antea, & in Belgium, ubi natus erat, transmiſit. Proinde, cùm & illo ipſo tempore in Veciâ rariſſimæ ſint habitæ, colligere facilè unus quisque poterit, quantò nunc rariores hoc noſtro ævo eſſe debeant.



Tres

Tres clypei, quorum duo ſuperiores ad ſe invicem inclinati coronatique Inſignia Svecica & Gothica, tertius inferior gentilitia exhibet. Inſcr: MONETA. NOVA. REGNI SVECIE.

In medio valor nummi: I. MARC. ORTIG, & annus 1593. lineis rectis exprimitur. Inſcriptio: DEVS. PROTECTOR. NOSTER.

Quamvis hæ marcæ XXIV. Denariorum inter optimos hujus temporis referri poſſint; tamen haud ampliùs valent, quàm quintam earum partem, quæ Sturiorum ætate cuſæ ſunt. Adeò ab illo tempore moneta eſt facta deterior.



Faſcis gentilitius, cum coronâ clauſâ & tæniis. Inſcr: IOHANNES. 3. D. G. SVECIE. GOT. VA. REX.

Tres coronæ, adſcripto valore I. M. & anno 1591. Inſcr: MONETA. NOVA. REGIS. SVECIE.

IV. Oræ.



Effigies Regis, ut antè, additâ compendiariâ anni deſignatione, nempe 75. Inſcriptio ſimilis priori.

N 2 Clypeus

Clypeus triplex coronatus, cum Insignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Valor est 4. OR. Inscriptio: MONETA. NOVA. STOKHOLM.



Leo Gothicus. Inscriptio eadem.

Tres coronæ, cum valore 4. ÖR. & anno 1592. Inscriptio: MONETA. NOVA. REGIS. SVECI.

II. Oræ.



Effigies Regis coronati, additis notis numeralibus 75. Inscr: IOHANNES. 3. D. G. SWECIE. REX.

Clypeus bipartitus coronatusque, cum Insignibus Sveo-Gothicis. Additur valor: 2. o. & inscriptio: MONETA. NOVA. STOKHOLM. Moneta bona.



Scutum

Scutum coronatum cum insignibus regni Sveciæ. Annus compendiariâ ratione sic designatur: 73. Inscr: DEVS. PROTECTOR. NOSTR.

Scutum ovatum coronatumque, cum fasce & tæniis. Additus valor 2. R, i. e. 2. oræ. Inscriptio similis priori. Moneta improba.



Fascis gentilitius coronatus, cum anno 91. Inscr: IOHANNES. 3. D, G. SVEC. REX.

Literæ I. R. cum coronâ & valore: 2. ö. Inscr: MONETA. NOVA. REG. SVECI. Improba moneta.

I. Ora.



Rex coronâ, pallio & cataphractâ ornatus, manibus ensem strictum & globum tenens; additus annus notis 75. Inscript: IOHANNES. 3. D. G. SVECIE. REX.

Scutum coronatum & cruci incumbens, in quo tres extant coronæ & scutum minus intermedium cum insignibus gentilitiis. Valor est I. OR. Inscr: MON. NOVA. STOKHOL. Moneta proba.

N.

Hic differt solâ aversæ inscriptione: MON. NOVA. REGIS. SVECIE.



Effigies Regis coronati cataphractáque induti, additâ anni designatione 75. Inscr: IOHANNS. 3. D. G. SVECIE. REX.

Aversa planè eadem ac quæ est Oræ primæ.



Imago similis cum inscriptione: IOHANN. 3. D. G. REX. SVECI.

Scutum coronatum cum Insignibus regni Svec. Annus sic designatur: 71. Inscr: DEVS. PROTECTOR. NOSTR.

N.

Tres coronæ cum anno 1593. Inscriptio eadem ac quæ est adversæ proximè superioris.

Fascis gentilitius cum tæniis, addito valore 1. OR. Inscr: MONETA. NOVA. REGNI. SVECI.

Dimidium Oræ.



Fascis

Fascis gentilitius coronatus, inter Siglas I. R. Inscr: IOHANNS. 3. D: G. SVECI. REX.

Scutum coronatum cum Insignibus Regni Svec. Annus 78. Inscr: MONETA. NOVA. REG. SVEC.

N.

Non differt nisi anno 77. & Inscriptione aversæ partis: MONETA. NOVA. STOKHOL.



Literæ I. R. cum coronâ. Inscr: IOHANN. 3. D. G. REX. SVEC. 70.

Corona aperta cum inscript: MON. NO. REG. VRB. STOKHO.

Denariorum usus hactenus ferè in desvetudinem abierat; nihilominus Rex, cum Pontificiis faveret, ut in aliis multis, ita & in cudendis nummis more prisco inscripsit nomen S. ERICI, Patroni Regni.



E antiquâ ratione formatum, cum cruce. Inscript: SANCTVS. ERICVS. REX. SVEC.

Clypeus coronatus cruci incumbens, cum Sveciæ Insignibus; annus 89. Inscr: MO. NOVA. STOCHOL.

Quar-


Quarta Oræ pars, vulgò Fyrk.



Fascis gentilitius coronatus. Epigraphe: IOHANNES. 3. D. G. SVEC. RX.

Clypeus coronatus cum Insignibus Sveciæ. Annus 86. Epigraphe: MONETA. NOVA. REG. SVEC.

XII.:ma Oræ pars, vulgò 2. Penningar.



Literæ I. R. cum coronâ. Inscr. IOHAN. 3. D. G. S. REX
Tres coronæ cum Inscr: MONE. NOVA. REG. SVECI.




Singularis, magnitudine Denarium æquans, sed multò crassior, & ex argento purissimo conflatus, in quo ab unâ parte caput Regis coronatum exprimitur, cum Inscr: IOHA. REX.

Ab alterâ fascis coronatus, cum Anno 75. & inscr: MONETA. NOVA. STOKHO.

Num-

Nummi Rhombiformes.



Fascis gentilitius coronatus, cum literis I. R. & valore 8. M. S. i. e. *octo marcarum argentearum.*

Tres coronæ, inter verba tribus literarum lineis rectis expressa: DEVS. PROTECTOR. NOSTR. (Anno) 70. Utriusque faciei marginem ornat sertum laureum, quod hic non est nudum ornamentum, sed victoriæ symbolum, quam ab utroque fratre, Erico & Carolo, reportare visus est Johannes, jam Rex creatus, alterum è solio Regio deturbando, & alterum ab administratione sociâ imperii, de qva anteà inter ipsos convenerat, prorsus excludendo: unde variæ subsequutæ inter Regem Johannem & Ducem Carolum simultates & machinationes. Singularis est hic nummus, & quasi contrarius Rhombiformi foliis querceis ornato, *Klippingo unionis* vulgò dicto, quem paulò antè descripsimus, licet sit ejusdem cum illo magnitudinis, formæ & pretii. Hoc sertum laureum non solum in hoc nummo, sed & in tesserâ Ordinis Equitum à se instituti, imò etiam in aliis publicis monumentis expressit dictus Rex, & hoc pacto lauri folia sibi quasi propria esse voluit.



Omiſſo ſerto, facies utraque eadem. Annus 69. valor 4. M. S. i. e. 4. *Marc. arg.*



Planè ſimilis, excepto valore 2. M. S. & anno 70.



Valor eſt 1. M. S. Symbolum Regium: DE. PRO. NOS. unâ lineâ rectâ inter tres coronas extat. Annus 71. additus



Num-


Nummus similis, excepto valore: 4. OR. S. & Anno 69.

Nummi Quadrati.



Fascis gentilitius coronatus inter numerales notas 91. & siglas I. R.

Coronæ tres, cum valore 8. ÖR.



Nummus similis, valet 4. ÖR.

Hi duo ultimi sunt ex adulteratis nummis (iisque pessimæ notæ) prædicti Gvil. de Wyk.

Nummi Revalienses.

II. Oræ.

N.

Effigies Regis cum Epigraphe: IOHAN. 3. D. G. REX. SVE.

Clypeus ovalis cum Insignibus Revaliensibus, tribus nempe Leonibus. Inscr: MONETA. NOVA. REVAL.

Solidi.

 Litera



Litera I coronata. Inscript: IOHAN. 3. D. G. REX. Insignia Urbis. Annus 70. Inscr: MO. NOVA. REVAL.



Literæ initiales I. R. cum coronâ. Inscr: IOHAN. III. D. G. R. Aversa similis, præterquam quod caret anno.

SIGISMVNDVS.

A. 1594.

Honoraria Sigismundi Numismata per exiguum tempus, quo Sveciæ sceptra tenuerat, hîc cusa nondum invenire potui, quantacunque in iis detegendis à me opera posita sit. Et ex inauguralibus Numismatibus illis aureis argenteisque, ab uno latere hujusmodi inscriptione, *Cœlitus sublimia dantur*, ab altero verò tali, *Cor Regis in manu Dei*, insignitis, quæ in hujus Regis Coronationis celebratione, Vpsalæ A. 1594. diripienda in populum abundè sparsa fuisse, Messenius in Scondiæ Illustratæ Tomi 8 paginâ 20. expressè commemorat, ullum neque à me, neque à quoquam Curiosorum alio adhuc indagine capi potuit: quæ fortassis imposterùm felicior erit. Equidem inter nostrorum è Domibus Gustavianâ atque Palatinâ Regum Numismata illa recens hîc cusa, & majora, & instar calculorum minora, quæ tam Symbolis suis & Emblematibus, à Nicolao Kedero excogitatis, quàm Arvidi Karlstenii opere commendantur, micat etiam nitidum Sigismundi duplici formâ. Conspicitur

citur insuper aliud Sigismundi haud inelegans in serie Numismatum Reges Gustavianæ quoque Domûs exhibentium, quæ Symbola sua itidem à Kedero, cælaturam autem à Carolo Gustavo Hartmanno acceperunt; mediáque sunt magnitudine inter illa priora. Sed animum induxi, ut tantummodò in lucem proferrem Numismata, prædictis Regibus ipsis viventibus cusa, atque in iis præcipuè hoc tempore inventu & acqvisitu difficiliora: quippe quæ, nisi publicatâ haud cunctanter delineatione, illorum perennitati consuleretur, facilè maximâ ex parte interire ac sempiternæ oblivionis tenebris prorsus involvi possent.

Cæterùm rem monetariam, injuriâ neqvissimi hominis Gvil. de Wyk, connivente uno alterove Procerum, sub regno Paterno penitus collapsam restaurare conatus Rex Sigismundus, diplomate edixit Regio Holmiæ d. 24. Martii 1594. scripto, ne quis monetam (tunc enim omnis Svecica, sive bona sive mala esset, sine ullo discrimine repudiabatur) ab Avo Gustavo I. & à Patre suo ab anno 1575. usque ad annum 1590. & denique à se percussam, utpote vicinorum Regum & Statuum nummos valore æquantem, octo oris marcam, quatuor marcis thalerum conficientibus Imperialem, vilipenderet aut rejiceret; sub pœnâ illic expressâ: ut unicuique civium totius regni ex fisco publico tantum rependeretur bonæ, quantum attulisset monetæ adulteratæ: ut denique omnes vectigalium Præfecti tam bonam quàm falsam, nomine Regis reciperent, pecuniam, pro mercibus importandis & exportandis solvendam. Et ne quis esset ignorantiæ prætextus, figuram & valorem singulorum, qvos cudi fecit, nummorum accuratè descriptum diplomati adjunxit. Nec me pœniteat hîc adseverare, nullam, vel ante vel post illam Constitutionem monetariam, aut meliorem aut utiliorem fuisse promulgatam. Sed cum brevi tempore fasces Imperii tenuerit Svethici, vix ultra decem diversi generis nummos illi Holmiæ evulgare licuit. Dignoscuntur tamen nummi illius in Sveciâ & Poloniâ cusi, quod hi Poloniam Sveciæ, illi Sveciam Poloniæ in inscriptionibus præferant. Vitâ enim defuncto circa finem anni 1586. Stephano Poloniæ Rege, Regina vidua, soror Reginæ Catharinæ Jagellonicæ, literis crebrò iteratis, affinem Regem

Johannem, diu reluctantem, compulit & hortata est, ut consilium caperet de Sigismundi Filii sui electione ad regnum Poloniæ. Cumque Rex, post multas tandem preces et adhortationes, in illius sententiam descendisset, in Poloniam misit Legatos, Cancellarium Ericum Sparre & Comitem Ericum Brahe, res Filii, tempore electionis curaturos. Quibus, inter alia cum regni Senatoribus atque Ordinibus Calmariæ d. 5. Sept. anni insequentis, pensitata suffragiisque illorum comprobata momenta, etiam hunc Articulum seriò injunxit: Sigismundum nempè, si Polonico regno potiretur, & Paternum qnoque inposterum nancisceretur, quando in Sveciâ degeret, in omnibus literis & actis titulo Sveciam Poloniæ præferre debere, atque in Poloniâ commorantem, ordinem mutare. Vide Historiam Regis Johannis III. ab Ægidio Girs, Auctore haud incelebri, Sveticè conscriptam, sed typis nondum vulgatam.

Thalerus Imperialis, f. IV. Marcæ Svecicæ.



In parte adversâ cernitur dimidia effigies Regis coronati ac cataphracti, manibus ensem & globum tenentis. In aversâ scutum qvadripartitum coronatumque, in cujus primo & tertio campo Sveo-Gothica, secundo Polonica, qvarto Lithuanica, & in clypeo minore intermedio gentilitia apparent Insignia. Extra scutum ponitur annus 94. Inscripta in Nummo verba hæc sunt: SIGISMVN-


MVNDVS. DEI. GRATIA. SVECORVM. GOTORVM. WANDALORVMQ'. & POLONIÆ. REX.

Dimidium Thaleri,
ſ. II. Marcæ.



Nummus priori ſimilis, excepto anno 95.

I. Marca ſ. VIII. Oræ.



Imago Regis coronâ & cataphractâ inſignis, cui additur annus 94. Inſcriptio: SIGISMVNDVS. D. G. SVE. GO. VAN. ET. PO. REX.

Clypeus quadripartitus ac coronatus, cum Inſignibus Sveo-Gothicis & intermedio Clypeolo gentilitio. Valor eſt I. M. Inſcr; MONETA. NOVA. REGIS. SVECIE.

Dimidium Marcæ, ſ. IV. Oræ.

Imago



Imago præcedenti ſimilis cum deſignatione anni 98. Inſcriptio quoque eadem.

Scutum triplex coronatumque, cujus duæ ſuperiores partes Inſignia Sveo-Gothica, tertia inferior & minor gentilitia habet. Extra ſcutum valor 4. OR. Inſcript. eadem.

III. Oræ.

N.

Caput coronâ clauſâ opertum. SIGIS. D. G. SVE. GO. VAN. ET. PO. REX.

Tres clypei ſuſpenſi, quorum medius, coronatus, gentilitia, dexter Svecica, ſiniſter Gothica exhibet inſignia. Subtus ſcriptus valor III. ORE. nec non Annus his notis numeralibus: 93. cum appoſitis hinc inde annulo ac trigono.

Hic Nummus admodùm ſingularis eſt, atque ante promulgatam Conſtitutionem monetariam percuſſus.

II. Oræ, ſ. qvarta pars marcæ.



Imago

Imago Regis coronâ & cataphractâ insignis, inter anni designationem 94.

Scutum bipartitum coronatumque, cum Insignibus Sveo-Gothicis. Valor est 2. ör. Inscriptio: MONETA. NOVA. REG. SVECIE.

Ora, quæ octies sumta, marcam efficit.



Rex integro & erecto corpore, coronâ, cataphractâ & pallio conspicuus, manibus ensem globumque gestans, cui annus additus 96. Inscr: SIGIS. D. G. SVE. ET. POL. REX.

Clypeus coronatus, crucique incumbens, cum Insignibus regni Sveciæ, & intermediis gentilitiis in scuto minore. Valor additus 1. ö. Epigraphe eadem.

Dimidium Oræ.



Fascis gentilitius coronatus, inter literas S. R. i. e. *Sigismundus Rex*. Inscriptio similis priori.

Scutum coronatum, tribusque insignitum Coronis, cui additus Annus 98. Inscr. eadem.

Quarta Oræ pars, vulgò en Fyrk.



Literæ S. R, cum coronâ. Inſcriptio eadem. Averſa ſolo anno 97. differt.

Sexta oræ pars, vulgò Fyra Penningar.



Litera S coronata, cum anno 94. Epigraphe: SIGIS. D. G. SVE. ET. PO. REX.

Clypeus Svecicus coronatus, cui valor quatuor *penningorum* ita appoſitus: 4. P. Epigraphe hæc eſt: MONETA. NOVA. REG. SVE.

XII:ma Oræ pars, vulgo 2. Penningar.



Leo Gothicus cum anno 94. Inſcript. eadem.

Tres

Tres coronæ, addito valore 2. P. Inscriptio non differt.

Quidam non verentur affirmare, Penningorum usum non fuisse nisi imaginarium, & ad complendas solùm summas ab ingeniosis rationum confectoribus excogitatum. Sed si priscorum temporum nummi inspiciantur, & cum hisce Sigismundi conferantur, manifesti erroris convictum iri spero asserentes, cùm apertis oculis viderint, diversas diversorum Regum monetas, quæ penningi unius, penningorum duorum & penningorum quatuor nomine venerunt. Monetam penningi unius conspicimus inter nummos Regis Gustavi I. qui eam ad modum penningorum ultimæ antiquitatis accuratè fabricatam voluit, exceptis inscriptionibus, quæ vetustioribus temporibus solâ Nominis Regii literæ initialis, in medio trium coronarum, positione absolvebantur, & recentioribus, expresso in nummi margine integro nomine, fieri consveverunt. Quia enim tres coronas, ceu Insignia Svecica, in adversâ parte monetæ, & Leonem tria flumina transilientem, ceu Gothica Insignia, in aversâ prisci Reges expresserant, Gustavo illorum vestigia, in cudendo Penningo, sequi haud incongruens est visum. Et ut verum dicam, antiquissimi Nummi nostrates, exceptis paucis majoribus ac solidioribus, non nisi aut unius, aut dimidii, aut duplicati Penningi habuerunt valorem. Quoniam autem penningus prima ac vetustissima monetæ species majoribus nostris fuit, hinc omnem monetam ac pecuniam lingvâ vernaculâ adhuc vocant Penning. Monetam duorum penningorum & hîc & in recensione nummorum Regis Johannis III, & monetas quatuor penningorum hîc similiter sisto. Trium Penningorum moneta infrà inter Nummos Caroli Ducis Suderm. comparebit. Cæterùm ex appendice allegatæ Constitutionis monetariæ perspicuè apparet, viginti quatuor penningos constituisse unam oram argenteam. Namque si duodecim nummuli ex monetâ duorum penningorum faciunt unam oram, ex duplicato numero, viginti quatuor penningi provenient. Atque si sex nummuli ex monetâ quatuor penningorum itidem conficiunt unam oram, & quater sex faciunt viginti quatuor, huic rei ratio constabit.

 Num-

Nummus Revalienſis, Oram valens.



Caput Regis coronatum. Inſcr: SIGIS. D. G. SVE. ET. POL. REX. 97.

Scutum coronatum cum Urbis Inſignibus. Additur valor I. ö. Inſcr. MONETA. NOVA. CIVI. REVAL.

Revalienſis IV. Penningorum.

N.

Litera S coronata, in medio Scutulum gentilitium exhibens inter notas numerales 9. & 7. Annum æræ Chriſtianæ deſignantes. SIGIS. D. G. SVE. & Pol. REX.

Clypeus coronatus Revalienſis, inter notas valoris: 4. P. Epigraphe: MONE. NOV. CIVI. REVAL.

CAROLVS DVX
Sudermanniæ.

Inter Caroli nummos primo loco, ratione ordinis, ſunt collocati, qui cum Ducis Sudermanniæ vel Regis deſignati titulo extant: ſecundo, qui interregni tempore flagrante inter ipſum & Sigismundum bello: tertio demum, qui ab ipſo tum Rege cuſi ſunt.

Nummus Symbolicus.

CARO-



El. Bren. collegit et sculp. 1696



CAROLI IX. TAB. IV. N. I.

Adversus habet Caput Ducis nudum. CAROLVS. D. G. SV. NER. ET. VER. DVX.

Aversus Nomen IEHOVAH in medio Solis positum, quod construitur Verbis Germanicis in peripheriâ positis: IST. MEIN. TROST. 1574. Nummus hic ovalis est.

Nummi aurei usuales.

XVI. Marcæ Svecicæ.



Caput laureatum, superiùs nomen IEHOVAH coruscans. Inferiùs: 1606. Inscript: CAROLVS. D. G. DESIG. REX. SVE. ET. PRIN. HÆR.

Clypeus coronatus, insignia Sveo-Gothica & Gentilitla exhibens, cum adscripto valore: 16. M. Inscr: MONETA. NOVA. AVREA. REGIS. SVECIÆ.

Ducatus Rhombiformis.



Parte adversâ fascem habet gentilitium, cum literis C. D. S. i. e. *Carolus, Dux Sudermanniæ.*

Aversâ nomen Dei tetragrammaton in circulo Solari, cum anno 1589.

Quadratus 8. Marcar.

N.

Fascis gentilitius superimpositâ coronâ decoratus, cujus medium includitur Vinculo in se ipsum redeunte, atque in extremis spiris, hinc C. inde D. habente. Additæ notæ numerales anni: 1603.

Tres Coronæ, cum Valore: 8. M.

Argentei Nummi.

In hisce, tres priores & typi elegantiâ & puritate argenti & pondere & raritate cæteros præstant omnes, quos vel Frater Johannes tunc Rex, vel Carolus ipse, regnum posteà adeptus, cudendos curaverunt. Hinc factum est, ut hujusmodi Nummorum plerique avaris Aurifabris in prædam cesserint. Et Rex Sigismundus, cùm post Patris mortem regno successisset, cum Patruo suo, Carolo, non semel hac de re expostulavit. Quamvis enim Rex Johannes Anno 1590, ubi inter alios pactionis articulos etiam de re monetariâ transactum fuit, Fratri Carolo libertatem cudendæ monetæ indulsisset; hac tamen conditione factum id erat, ut ejusdem cum monetâ Regiâ bonitatis, at nec ultra nec citra illam esse deberet: & denique, ut Ducis nomen cum Insignibus suarum provinciarum ab adversâ, & Regis nomen cum Insignibus regni ab aversâ parte exprimeretur. Quod tamen Dux Carolus omnibus modis non præstitit, ut in seqventibus videbimus. Sed hi, de quibus nunc sermo, nummi, sub isto pacto non comprehenduntur, siquidem longè anteà percussi erant.


T. I. *N.* 1.

In figurâ quadratâ hæc extant verba lineis rectis scripta: CAROLVS. D. G. REGNI. SVECI. GOTH. WANDA. PRIN. HÆRED. DVX. SVDER. NERI. ET. WERM. &c. 1587. Eam ambiunt Voces: DEVS. MEVM. SOLATIVM.

Sex


DEVS MEVM SOLATIVM
CAROLVS D·G·REGNI· SVECI·GOTH WANDA PRIN HÆRED·DVX SVDER·NERI ET·WERM·&
1587
MONETA·NOVA·DVCIS·SVDERMANIÆ
Z M
DVX CAROLVS·D·G·REGN·SVEC·HÆRE·PRIN·SVDER
15 86
MONETA NOVA·DVCIS·SVDERMANNIÆ
DEVS·MEVM SOLATIVM
I M
1·5·8·7 DEVS MEVM SOLATIVM
CAROLVS D·G·REGNI· SVECI·GOTH VANDA PRIN HÆRED DVX SVDER·NERI ET WERM·&
MONETA NOVA DVCIS SVDERMAN
4 OR


CDS
4 M


1 6
0 3



CAROLVS.D.G.REG.SVEC.GOTH.VAND.E.SIG.RIX.P.R.I.E.R.P.DUX SVDRM.NERI.VERM.
IEHOVAH SOLATIVM MEVM
ZO M
S


16 06


CDS
Z M


1 6
0 3


CDS
I M


1 5
9 8

Sex clypei diversi cum coronâ apertâ, quorum duo superiores, ad se invicem inclinati, Insignia Svecica & Gothica, medius Gentilitia, tres inferiores, (ex quibus primus & ultimus pariter inclinati) Insignia Sudermanniæ, Gryphum; Nericiæ, duas Sagittas, decussatim positas, ac quatuor rosis interstinctas; & Wermlandiæ, Aquilam expansis alis, ostendunt. Additus valor, nimirum 2. M. Inscr: MONETA. NOVA. DVCIS. SVDERMANIÆ.

T. I. *N.* 2.

Scutum coronatum fasce & tæniis insignitum. Additur Annus 1586. Inscr: CAROLVS. D. G. REGN. SVEC. HÆRE. PRIN. SVDER. &c. DVX.

Clypeus major bipartitus coronatusque, cum Sveo-Gothicis, & tres minores cum Sudermanniæ, Nericiæ & Wermlandiæ Insignibus antè descriptis. Additur valor: I. M. & duplex inscriptio. Interior: DEVS MEVM SOLATIVM. Exterior: MONETA. NOVA. DVCIS. SVDERMANNIÆ.

T. I. *N.* 3.

Figuræ quadratæ inscriptum: CAROLVS. D. G. REGNI. SVECI. GOTH. VANDA. PRIN. HÆRED. DVX. SVDER. NERI. ET. WERM. &c. Epigraphe: DEVS. MEVM. SOLATIVM. 1587.

Clypeus coronatus, cum Fasce & tæniis, additus valor 4. OR. Inscr: MONETA. NOVA. DVCIS. SVDERMAN.

T. II. *N.* 2.

Dux laureatus, cataphractâ & pallio totus conspiciendus, dextrâ gladium, lævâ globum ostentans, mensæque adstans, in quâ cætera extant Regalia, sc. Corona, Sceptrum & clavis. Additur à parte dexterâ valor, nim: 20. M. S. Inscript. duplex. Interior: IEHOVAH. SOLATIVM. MEVM. Exterior: CAROLVS. D: G. REG. SVEC. GOTH. VAN. DESIG. REX. ET. PR. HÆR. DVX. SVDERM. NER. ET. VERM.

Scutum

Scutum quadripartitum coronatumque cum Insignibus Sveo-Gothicis & Gentilitiis intermediis: circa quod duplici serie viginti novem minores conspiciuntur clypei cum insignibus Provinciarum: inter quos tamen extremi interioribus sunt duplo majores. In summitate nummi annus additur 1606.

Monetam ejusdem cum hac typi & valoris A. 1608. post coronationem percussam, vide inferius. Levis tamen inter illas intercedit differentia, quod hæc Ducis caput laureatum, coronâ clausâ in mensâ jacente; illa verò coronatum exhibeat. Neutra sub incudem ulterius revocata, sed suo quælibet anno solùm cusa fuit, teste Erico Georgii Tegelio in Epistolâ ad Cancellarium Doct. Nicolaum & Secret. Ericum Elavi Holmiæ d. 4. Martii 1616. scriptâ, quæ in Archivo Regio servatur.

Thaleri Imperiales.



Dimidia effigies Ducis cataphracti, dexterâ lateri, lævâ galeæ cristatæ impositâ. Inscriptio: CAROLVS. D. G. HÆRED. PRIN. SVETIÆ. e. DVX. SV.

Clypeus quintuplex, coronâ apertâ ornatus, cujus prima area, Svecica; 2. Gothica; 3. Sudermanniæ; 4. Nericiæ; 5. Wermlandiæ Insignia, addito minori intermedio cum fasce & tæniis, exhibet. Clypeum dextrorsum Leo, sinistrorsum Gryphus, ambo erecti, sustinent. Infra annus additur 97. Lemma: DEVS. SOLATIVM. MEVM.

Hæc

Hæc moneta multùm diſcrepat à regulis in pacto ſuprà memorato præſcriptis. Namque Dux Carolus, in parte adverſâ, ubi ſuo nomini cum inſignibus trium ſibi ſubjacentium provinciarum eſſe debuit locus, ſuam poſuit imaginem cum nomine, omiſſis inſignibus, & in averſam partem rejectis. Et in averſâ, ubi Regis nomen cum Regni Inſignibus poſitum oportuit, regni collocavit inſignia ſimul cum gentilitiis & provinciarum ſuarum inſignibus; Leone ab unâ & Grypho (qui Sudermanniæ inſigne eſt) ab alterâ parte ſcutum ſuſtinente: cùm tamen ordinariè Regis Regnique inſignia duos Leones ſuos habeant Telamones. Coronam dein apertam, quæ tunc Ducalis erat, inſignibus regni, quæ coronâ Regiâ ſ. clauſâ aliàs tegi ſolebant, ſuperimpoſuit. Per Gryphum & coronam apertam, inſignibus regni impoſitam, indicare voluit hic Princeps, ſibi partem imperii eſſe adhuc integram relictam. Supereſt obſervatio de Principibus hæreditariis, quorum imagines in nummis conſpiciuntur, nimirum, quod hi nudis ſemper capitibus, antequam Reges ſalutati eſſent, at poſt Regiam inaugurationem, capitibus coronâ laureâ vel aureâ ornatis, ibidem exhibiti fuerint.

N.

Adverſa ferè ſimilis.

Averſa præcedenti conformis eſt, Leone ſolùm & Grypho armigeris omiſſis, & anno 1593. cum inſcriptione conjuncto.



Dux cataphractus, dextrâ scipionem tenens; lævâ impositâ scuto (quod ante se habet) coronato & quadripartito, cum Insignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Inscriptio duplex. Interior: DEVS. SOLATIVM. MEVM. Exterior: CAROLVS. D: G. HÆRE. PRIN. SVECIÆ.

Nomen Dei tetragrammaton in sole. Inscr. itidem duplex. Interior: MONETA. NOVA. STOCHOLM. Exterior: FORTITVDO. MEA. IHEHOVA. 1603.

Dimidium Thaleri.



A proxime descripto non nisi valore & anno 1600. discrepat.

Quarta pars Thaleri.

N.

Non nisi valore à proximè superiori differt.

Thalerus Svecicus.




Adver-

Adversæ typus similis; sed additus est effigiei annus 1605. Inscriptio: CAROLVS. D: G. DESIGN. REX. SVECIÆ. ET. PRINCEPS. HÆR.

Aversæ quoque typus idem. Inscr. itidem duplex. Interior: IEHOVAH. SOLATIVM. MEVM. Exterior valorem exprimit: IIII. MARK. SVENSKA.

II. Marcæ.



Scutum quadripartitum coronatumque, cum Insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Annus 1604. Inscriptio priori similis.

Aversa eadem, exceptâ inscriptione exteriori, quæ quoad valorem differt: II. MARK. SVENSKA.

Marca.



Non notâ, sed valore tantùm & quantitate à priori differt.

IV. Oræ.



Dux cataphractus, cum scipione, ante se habens tres clypeos, qvorum duo superiores, ad se invicem proclives unáque coronâ ornati, insignia ostendunt Sveo-Gothica, tertius inferior & minor gentilitia exhibet. Additur valor 4. ÖR. Inscr: CARO: D: G: HÆ. PRIN. SVE.

Aversæ typus idem. Inscr: MONETA. NOVA. REG. SVE. 1603.



A parte adversâ scutum triplex coronatum, cum iisdem insignibus. Additur valor 4. ÖR.

Ab aversâ autem Nomen יהוה (ut antè) adscriptis interius verbis: SOLATIVM. MEVM. Inscriptio adversæ cum inscriptione exteriore aversæ conjuncta: CAROLVS. D: G. DESIGN. REX. SVEC. ET. PRINCEPS. HEREDIT. 1606.

II. Oræ.

Effigi-



Effigies Ducis, addito valore 2. ö. Inscriptio: CARO: D: G: HÆ: PRIN: SVE.

Nomen Tetragrammaton in sole, tres appositas coronas irradiante. Inscr: MO: NO: REG: SVE. 1602.

N.

Gentilitius Fascis cum superimpositâ Coronâ clausâ s. Regiâ, atque inferiùs adscriptis notis C. R. D. quarum sensus: *Carolus Rex Designatus.* Inscr: MONETA. NOVA.

Coronæ tres cum Valore: 2. OR. S. Inscr: STOCKHOLM. 1605.

Tres Penningi.

N.

Fascis gentilitius, cui superimposita est corona clausa; infrà adscriptæ Literæ: C. R. D.
Tres Coronæ, inter Notas valoris: 3. P. Infrà: 1606.

Nummi Quadrati.

T. II. *N.* 1.

Literæ C. D. S. i. e. *Carolus Dux Sudermanniæ*, cum superimpositâ coronâ apertâ, & addito infrà valore: 4. M.
Fascis gentilitius, cum coronâ simili, atque anno 1603.

T. II. *N.* 3.

Non differt à priori, nisi magnitudine & valore, nimirum: 2. M.

T. II. N. 4.

Valore: I. M. & anno 1598. discrepat à duobus prioribus.

Nummi, Vacante Regno, cum de illo inter SIGISMVNDVM & CAROLVM armis certaretur, cusi, neutrius nomen præferentes.

Thalerus Imperialis.



Nomen DEI tetragrammaton in fulgore Solis.

Scutum quadripartitum coronatumque, cum Insignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis intermediis. Annus additur 98. Inscriptio utriusque partis adunata: MONETA. NOVA. REGNI. SVECIÆ.

Quarta Imperialis pars.



Adver-

Adversa eadem.

Eadem quoque aversa, præter additum Inscriptioni valorem: I. ORT.


Ora.



Nomen Dei, ut antè, expressum.


Scutum coronatum & cruci incumbens, cum Insignibus Svecicis, & gentilitiis in scuto minori intermedio. Inscriptio utriusque partis continuata: REGNI SVECIÆ MONETA NOVA 1603.

Dimidium Oræ.



Tres coronæ, cum valore ½ OR.

Scutum coronâ apertâ ornatum, cum fasce & tæniis. Inscriptio conjuncta: REGNI. SVECIÆ. MONETA. NOVA. 1593.



Nomen

Nomen Dei, ut antè.

Clypeus coronâ clausâ ornatus, habens Sveciæ Insignia. Inscr: conjuncta: MONETA. NOVA. REGNI. SVECIÆ. 1600.



Adversa similis.

Tres coronæ. Inscriptio eadem. Annus 1601.

Quarta Oræ pars, vulgò en Fyrk.



Altera facies coronam apertam.

Altera literam S habet (primum elementum vocis Stokholmiæ) Inscriptio utriusque partis adunata: REGNI. SVECIÆ. MONETA. NOVA. 1593.

CAROLVS IX.

A. 1607.

Postquam Regis titulum usurpare cœpit & re ipsa ad regnum pervenit Carolus IX, hi nummi auspicio ejus cusi sunt.

Nummi Symbolici, quorum primus inauguralis.

T. III. *N.* 1.

Caput


CAROLVS IX


VIRTVS ET FORTITVDO
16 07


CAROLVS IX D G REX SVECIÆ


Gus. Ado. & Carl Phil. F F. Regn. Succ. Goth. Wand. Hær.


IEHOVAH SOLATIVM MEVM
1610



Caput Regis laureatum, atque in summo loco nomen IEHOVA radiis micans. Inscriptio interior: CAROLVS. IX. REX. SVECIÆ. Exterior: PROVIDENTIA. ET. AVXILIVM.

Fortitudinis imago, columnam humero gestantis, cum Anno 1607. (Illo enim anno d. 15. Martii, solenni omnium Regni Ordinum applausu Upsaliæ coronatus est.) Inscript: VIRTVS. ET. FORTITVDO. Supra illam clypeus parvus eminet cum Leone Gothico, & extra illum tres coronæ, ita positæ, ut una supra scutum, reliquæ ad latera ejus conspiciantur. Hic clypeus una cum tribus coronis cingitur circulo, extra cujus peripheriam scripta sunt hæc verba. SIGIL. MAG. LADEL. R. i. e. *Sigillum Magni Ladelâås Regis.* Quo ipso Rex honori regni sui consulturus, usurpationem trium Coronarum, de quibus tempore Regis Erici XIV. lis mota erat, Danis exprobrare, justumque earum usum Sveonibus, longo ante Margaretæ regnum tempore, familiarem, suis vindicare studuit. Nec fragili innixus est fundamento. Sed antiquiora adhuc & solidiora ejus rei testimonia, à nummis petita, in hoc opere producuntur.

T. III. *N.* 2.

Effigies similis, cum inscriptione: CAROLVS. IX. D. G. REX. SVECIÆ.

Capita opposita Filiorum, Principum juventutis, nuda, cum inscript: GUS. Ado. & Carl Phil. FF. Regn. Suec. Goth. Wand. &c. Pr. Hær.

De Gustavo Adolpho uberrimus differendi campus posteà se offert. Sed de Carolo Philippo, qui (Revaliæ d. 23. Aprilis 1601. vitæ hujus lucem auspicatus) titulum gessit Ducis Sudermanniæ, Nericiæ & Wermlandiæ, occasio monet, ut hæc pauca nunc subnectam. Fuit is Princeps ad magna natus, nec minora certè pollicebatur, quàm Frater ejus natu major. Nec defuisset illi fortuna tanto Principe digna, ni illam aut ipse segniùs justo arripuisset, aut alii, quod quidem veriùs est, retardationibus nimiis irritam fecissent. Primoribus regni Muscovitici, ob tot falsorum Demetriorum suppositionem, bellis intestinis & externis

ternis jam ferè exhaustis, nulla certior spes salutis affulgebat, quàm si à Rege Gustavo Adolpho, qui per Jacobum De la Gardie contra Moscovitas rebelles & Polonos hostes suppetias sibi semper tulisset, Fratrem Carolum Philippum expeterent Imperatorem. Mittuntur huc legati, qui illum quàm solennissimè & instantissimè sollicitabant; sed à nostratibus, ob curarum publicarum molem, negotium fuit procrastinatum, donec Moscovitæ, moram nimiam pertæsi, aliò curas & cogitationes vertissent, aliumque ex suâ gente sibi præfecissent. Et quamvis hæc animorum mutatio non latuit Principem, spem tamen Imperii Moscovitici non omnem abjecit, illud aut suffragiis Procerum aut armis recuperaturus. Dum hæc molitur, morbo inopinato correptus, Narvæ moritur Anno 1622. & Strengnesiam defertur, ubi humatus est.

T. III. *N.* 3.

Rex coronatus, cataphractâ & pallio Regali totus conspiciendus, extensâ manu gladium strictum tenet tanquam pugnaturus, lævâ lateri impositâ. Mensa, cui adstat, cætera habet Regalia insignia, addito Anno 1610. A dextrâ Scutum extat coronâ apertâ (in aliis clausâ) supernè ornatum & quadripartitum, habens insignia Sveo-Gothica & Gentilitia. Supra caput Regis emicat nomen Dei tetragrammaton. Inscriptio duplex. Interior: IEHOVAH. SOLATIVM. MEVM. Exterior: CAROLVS. IX. DE. G. SVECOR. GOTHOR. VANDAL. ETC. REX. CIVIT. GOTHOB. PRIM. FVND. ET. COND.

Portus, in quo navigia aliquot: citra illum vetus Arx Elfsburgum, & ultra eundem nova Urbs, Gothoburgum, apparet; quam inter & montem altissimum (vulgò Gullberg dictum) procera extat arbor, ramis latè diffusis, cujus stipiti Scutum appensum, cum insignibus Gothoburgensibus, Leone scilicet posticis pedibus insistente, antico dextero gladium, lævo clypeum cum Insignibus Sveciæ tenente. Inscriptio disticho Ovidiano expressa est:

Quæ præbet latas Arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, virga fuit.

Multas

Multas hic Rex per totam Sveciam condidit Urbes alias, ut Mariæstadium in territorio Wasbo in Westrogothiâ, illi insigne est dimidius taurus, cornibus ingentibus flumini imminens: Carlstadium in Wermlandiâ, insigne habens erectum Castorem sive fibrum utrinque turri munitum: Wasam in Bothniâ orientali, quæ ut nomine, ita & re ipsum gerit Insigne gentilitium Regis, sc. fascem, qui vernaculo idiomate à majoribus appellatus est *Wasa*: Et Uhlo seu Uloburgum ibidem, quæ Urbs insignis loco ostentat castellum quatuor turribus conspicuum, superstructum fluvio, in quo salmo natat. Tanta enim ejus bonitas & copia illic est, ut incolis divitias, & Sveciæ reliquæ penum sat magnum procuret. Quæ ratio multas etiam movit provincias, ut eam rem insignis loco sibi assumserint, quæ vel in suo sinu quàm maximè esset abundans, vel naturæ & genio loci optimè conveniret. Sic Westmannia, in qua sitæ sunt præcipuæ nostræ argenti & cupri fodinæ tres montes, quorum singuli in summitate flammam ejectant; Bothnia orientalis Mustelas, Ölandia Cervum elegit; Tavastia, unde pelles lynceæ optimæ notæ magno numero exportantur, Lyncem; & Lapponiæ homo sylvestris ac ferus datus est, cùm instar ferorum & barbarorum Lappones ferè ab omnibus habeantur. De ultimis duabus civitatibus Wasâ & Uloburgo nos monet Cl. Johannes Messenius in Epicedio, quod beatæ memoriæ Avi mei, Henrici Martini Brenneri, Ecclesiæ Wasanæ Pastoris, & in Australi Bothniâ Præpositi sacratum voluit:

Utraque Carlepolis (a) *Gustavi* (b) *condita jussu,* (*a* vetus & nova. (*b* Adolphi.
Qui modo Suecorum fulgida sceptra gerit.
Sed Pater (c) *Uloniam Wasamque forensibus ornat* (*c* Carolus IX.
Legibus; hæc Regis stemmate nomen habet.

Multarum, inquam, Urbium, nunc satis florentium conditor fuit hic Rex, sed nullam earum tanti fecit, ut Numisma in ejus memoriam curaverit cudendum. Sola id meruit Gothoburgensis, quæ

R 2 oppor-

opportunitate situs cæteris antistabat, maximo commerciis nostris & commodo & præsidio futura, cùm ex terris & regnis exteris naves illic appellere tutò possent, &, hac portu adornatâ, non tam necessarius nostratibus esset transitus per fretum, quod Elsinburgum & Elsinœram dividit, vulgò Sundet appellatum. Tunc enim Scania, nobis posteà recuperata, in qua Elsinburgum, Daniæ paruit. Nec solùm Numisma memoratum ab illo editum fuit, sed etiam nummi usuales tam aurei, quàm argentei, quos vide inferiùs, in ipsâ illâ Urbe, illius jussu percussi sunt; quorum primus anno uno vetustior est Numismate. Hanc verò Urbem, anno superioris seculi nono Regis Caroli IX. auspiciis fundatam, successor, Gloriosissimus Filius, Gustavus Adolphus novis adornavit privilegiis. Et quò facilius ad illam incolendam exteri allicerentur, Magistratûs officiis illos excludi noluit. Cumque aliquis suggessisset, id plurimùm ad incrementum Urbis valiturum, si Judæis, populo divitiis abundanti, liber commerciorum usus in illâ concederetur, respondisse perhibetur Illustrissimus Regni Cancellarius Axelius Oxenstierna: quantum quidem voluptatis capturus esset ex incremento Urbis, quam Deus & natura Sveciæ commodis unicè destinaverat, tantum quoque sibi displiciturum, si infestissimis nominis CHRISTI persecutoribus id acceptum referre deberet, seque malle, ut instar casæ piscatoriæ æternùm lateret, quàm ut, ope istorum, florentissimæ Urbis nomen & gloriam aucuparetur.

T. IV. *N.* 2.

Imago Regis laureati, pectore tenus expressa.

Fascis gentilitius coronatus, cum appositis decussatim ense atque Lauri ramo; superiùs sacrum DEI Nomen radios undique emittens. Adscriptum: IEHOVAH. MEVM. SOLATIVM. Epigraphe utriusque lateris adunata: CAR. IX. D. G. SVE. GOTH. VAND. FINN. CARE. LAPP. SEPT. CAI. & ESTH. LIV. REX. Est ovatâ formâ.

T. IV. *N.* 3.


Imago

Imago ferè ſimilis cum inſcriptione: CAROLVS. IX. D. G. SVECORVM. GOTHORVM. VANDALORVM. ETC. REX.

Gladius & ramus oleæ ſe mutuò decuſſatim tangentes, in quorum ſuperiori parte nomen Dei tetragrammaton; inferiùs bilanx conſpicitur, addito lemmate, pro ratione emblematum, quadruplici: TIME. DEVM: DILIGE IVSTITIAM: PACEM. QVÆRE: PATRIAM. DEFENDE. Quæ omnia ſertum includit laureum; ultra quod extat Symbolum: IEHOVAH. MEVM. SOLATIVM. Eſt formâ ovali.

Quoniam in unico hoc Numiſmate cernimus capillos Regis ab ambobus temporibus elevatos ac plexos, & per extremitates in fronte colligatos (qui ornatus in omnibus ejus imaginibus depictis aliàs raró aut nunquam neglectus eſt) cauſam hujus rei rimari non ab re foret. Nec abſurdè judicare mihi videntur illi, qui ad calvitiem tegendam, ornamento hoc uſum fuiſſe Regem arbitrantur. Hoc verum eſt, Regem vehementiori irâ toties fuiſſe commotum, quoties nodum illum cum violentiâ diſrupiſſet, nec ſatis tutum fuiſſe, ſub iſtum temporis articulum, aliquid ab illo precari.

Nummi Uſuales Aurei.




Effigies Regis coronati, dextrâ gladium tenentis, ſcuto lævum brachium tegente quadripartito, in quo Inſignia extant Sveo-Gothica & gentilitia. Capitis verticem irradiat nomen tetragrammaton

ton

ton. Inſcriptio interior: IEHOVAH. SOLATIVM. MEVM. Exterior: CAROLVS. IX. D. G. SVECORVM. GOTHOR. VANDAL. ETC. REX. 1608.

Clypeus cum Leone Gothico, extra quem tres extant coronæ, una ſuperiùs, duæ ad latera. Inſcriptio duplici circulo incluſa: IN-SIGN. REGNI. SVEC. TEMP. MAGNI. LAD. SVEC. GOTHOR. REGIS. QVI REGNAVIT. ANNO. CHRISTI. MCCLXXVII. Valet 6 ducatos.

XVI. Marcæ Svecicæ.



Caput Regis coronatum cum nomine *Iehovah* ſuperiùs. Inſcriptio: CAROLVS. IX. D. G. SVEC. GOT. VAN. ETC. REX.

Scutum quadripartitum cum coronâ clauſâ, præferens Inſignia Sveo-Gothica & gentilitia, addito Anno 1610. Inſcriptio: XVI. MARK. SVENSKA.

VI. Marcæ.



Caput Regis coronatum. Inſcriptio: CAROLVS. IX. D. G. REX. SVEC. G. V. ETC.

Tres


Tres clypei separati, superimpositâ coronâ; illorum duo superiores Insignia Sveo - Gothica, tertius inferior gentilitia ostendit; addito anno 1609. Inscr: VI. MARK. SVENSKA.



Imago & inscriptio eadem.

Scutum cum Insignibus Gothoburgensibus. Inscript: VI. MARK. SVENSKA. 1610.

Nummi Rhombiformes Aurei.



Fascis gentilitius cum coronâ clausâ, additis utrinque literis: C. R. X. M. i. e. *Carolus Rex. Decem Marcæ.*

Nomen tetragrammaton in sole, cum anno 1610.



Typus & inscriptio utrinque similes; excipe valorem V. M. *s. quinque marcarum*, & annum 1611.

Hujus generis nummus adulteratus, qui & paulò minoris formæ est quàm genuinus, exstat: præcedentemque valoris decem marcarum idem expertum fuisse fatum, indicant literæ illustriss: A-xelii

xelii Oxenstiernæ, Holmiæ d. 29. Aug 1614. ad Regem Gustavum Adolphum scriptæ, & subjungit ibidem Axelius, se nec dum pro comperto habere, hîcne, an extra regnum sit percussus.

Nummi argentei.

Thalerus Imperialis.



Rex integrâ staturâ, coronatus, cataphractâ & pallio indutus, dextrâ gladium & sinistrâ globum tenens crucigerum, supra mensam, in qua sceptrum cum clavi cernitur. Tria inferiùs apposita scuta, quorum primum à dextrâ tres coronas cum inscriptione: Swea; Secundum à sinistrâ Leonem Gothicum, cum inscr: Göta; & tertium inter pedes Regis fascem exhibet gentilitium. Caput Regis à nomine *Jehovah* illustratur. Inscr: CAROLVS. IX. D. G. SVECOR. GOTHOR. VANDALOR. ETC. REX.

Imago Salvatoris cum Anno 1608. Inscriptio interior: SALVATOR. MVNDI. SALVA. NOS. Exterior: IEHOVAH. SOLATIVM. MEVM.

XX. Marcæ.

N.

Effigies Regis coronati, ensem & globum manibus ferentis, sceptro & clave in mensâ depositis. Ab altera parte valor extat: 20. M. S.

M. S. i. e. *viginti marcæ Sveticæ.* Inſcr. interior: IEHOVAH. SOLATIVM. MEVM. Exterior: CAROLVS IX. D. G. SVECORVM. GOTHORVM. VANDALORVM. ETC. REX.

Scutum quadripartitum coronatumque, cum Inſignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis, quod duplici ſerie ambiunt clypei minores XXIX. cum provinciarum inſignibus, addito anno 1608. Vide obſervationem ad monetam 20. marcarum, quæ ante coronationem ab hoc Rege percuſſa eſt.

VIII. Marcæ.



Typo & inſcriptione utriusque partis à nummo primo uſuali aureo non niſi Metallo (eſt enim argenteus) differt & valore, qui infra clypeum extat, nempe: VIII. MARK. SVENSKA.

VI. Marcæ.



S Num-

Nummus similis, excepto anno 1609. & valore: VI. MARK. SVENSKA.

IV. Marcæ.



Effigies Regis coronati sceptrum & orbem crucigerum manibus gestantis, irradiante caput nomine Tetragrammato. Epigraphe interior: IEHOVAH. SOLATIVM. MEVM. Exterior: CAROLVS. IX. D: G: SVECORVM. GOTH. VAND. ETC. REX.

Scutum coronatum quadripartitum cum Insignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Additus Annus 1607. Epigraphe valorem exprimit. IIII. MARK. SVENSKA.

II. Marcæ.



Num-

Nummus priori similis; anno tamen 1608 differt, & valore: II. MARK. SVENSKA.

Marca.



Idem typus; sed valor est I. MARK. SVENSKA.

IV. Oræ.



Effigies Regis coronati. Inscriptio: CAROLVS. IX. D. G. SVEC. GOT. VAN. ETC. REX.

Aversa non nisi anno 1607. & valore ½ MARK. SVENSKA. differt.

II. Oræ.



Scutum coronatum cum fasce & tæniis: annus 1608. Inscriptio: CAROLVS. IX. D. G. REX. SVECIÆ.

S 2 Scutum

Scutum cum insignibus regni Sveciæ. Valor 2. ÖR. Inscr: MONETA. NOVA. REGNI. SVECIÆ.

Ora.



Tres coronæ, inter quas Leo Gothicus conspicitur. Infrà valor additur I. ÖRE.

Fascis gentilitius cum Siglis C. R. annus infrá 1611. Inscriptiones utriusque partis conjunctim: MONETA. NOVA. REGIS. SVECIÆ.



Tres coronæ, cum Siglis C. R. S.


Fascis Gentilitius cum coronâ, sine ullâ inscriptione.


Nummi Gothoburgenses.

II. Oræ.



Clypeus





Elias Brenner pinx. et sculp.

Clypeus coronatus cum fasce & tæniis. Annus 1609. Inscr: CAROLVS. IX. D. G. REX. SVECIÆ.

Scutum cum Leone Gothoburgensi. Valor 2. ÖR. Inscr: MONETA. PRIMA. CIVIT. GOTHOBVRGENS.

Ora.



Fascis gentilitius inter literas C. R. medius. Epigraphe: MONETA PRIMA. 1609.

Scutum cum insignibus Gothoburgi. Epigraphe: CIVITATIS GOTHOBVRGENS. I. OR.

N.

Typi & valoris ejusdem est cum priori: differt autem anno 1610.; ut & inscriptionibus amborum laterum, quas hîc conjungimus: MONETA. NOVA. CIVITATIS. GOTHOBVRGENS.

IOHANNES DVX OSTROGOTHIÆ.

Hic Filius Johannis III. Regis Svec. suum jus hæreditarium in hoc regnum ultrò concessit, obtulitque CAROLO, Patruo suo, nummosque deinceps ad Regiam GVSTAVI ADOLPHI constitutionem super hac re Holmiæ Anno 1613. publicatam, hinc imagine suâ & nomine, illinc autem Insignibus Regni ac nomine tituloque Regis Gustavi Adolphi figurari fecit.

Nummi Symbolici.

TAB. Duc. Joh. *N.* I.

Imago Ducis pectoretenus expressa, capite nudo. Inscriptio: I. D. G. R. S. G. V. P. H. O. DVX. i. e. *Johannes Dei Gratia*

Regnor. Sveciæ, Gothiæ, Vandaliæque Princeps Hæreditarius, Ostro-Gothiæ Dux.

Scutum cum ſuperimpoſitâ coronâ apertâ quadripartitum, cujus prima area regni Sveciæ, ſecunda & tertia Gothica, quartá Oſtro-Gothiæ inſignia exhibet, cum faſce intermedio; infra additus annus 1612. Inſcriptio Symbolum continet Ducis: יהוה. DVCTOR SVORVM. Forma ovalis.

N. 2.

Imago eadem. Inſcriptio plenior: Iohan. D. G. Regn. Sve. Got. Van. Prin. Hære. Oſtro. Dux.

Adverſa eadem, eſt, excepto anno 1610, qui ſupra Scutum extat, porrò & forma eadem, ſed major.

N.

Jcon Ducis barbati, cum Epigraphe: IOHAN. D. G. R. S. G. V. P. H. OSTRÆ. DVX. 1616.

Scutum, cum iisdem inſignibus, conſimili modo coronatum; adſcriptum idem Symbolum.

Nummus hic ovalis, magnitudine, inter duos proximè antecedentes, medius eſt.

Nummi Uſuales.

Thalerus Imperialis.



Effigi-

Effigies Ducis, cum inſcriptione interiori: DEVS PROTECTOR. NOSTER. 1617. & exteriori: IOHANNES. D: G. REG. SVE. HÆR. PRINC. DVX. OSTROGOT.

Tres clypei ſeparati, cum inſignibus Svethicis, Gothicis & gentilitiis, coronâ clauſâ ſuperimpoſitâ. Supremo loco extat nomen tetragrammaton. Inſcript: GVST: ADOL: D: G: SVEC: GOTH.: VAND: REX. &c.

Thalerus Svecicus.



Adverſa ſimilis, excepto anno 1614.

Tres clypei ſuperius unâ coronâ clauſâ ornati, cum Inſignibus iisdem. Inſcriptio interior: IIII. SVENSKE. MARKR. Exterior: GUST. ADOL: D: G: DESIG. REX. SVE. ET. PRINC. HÆREDITA.

N.

Similis, excepto anno 1613. & averſæ inſcriptione interiore: IIII: MARCK. SVENSKA.

Ora.



Leo

Leo Gothicus, addito anno 1617 & valore I. ÖR. Inſcr: IOHAN. D. G. REG. SVE. P. HÆR. D. OS.

Scutum cum tribus coronis, extra quod Siglæ: G. A. R. i. é *Guſtavus Adolphus Rex.* Inſcr: MONETA. NOVA. REGNI. SVECIÆ.

N.

Omiſſo anno, ſimilis priori.

GVSTAVVS ADOLPHVS MAGNVS. A. 1617.

Quod ad nummos ejus attinet, ſciendum imprimis, illum veſtigia Parentis ſui Caroli IX. in iis cudendis eſſe ſequutum, niſi quod, novo hactenus exemplo, monetam cupream primus introduxit, cujus tamen valor metallo erat adæquatus. Honorarii autem ſeu ſymbolici, quos vocant, maximam partem extra Patriam noſtram à peregrinis, ac præcipuè in Germaniâ, formati ſunt. Idque Regis, pro dignitate nunquam ſatis commodè laudati, honori eò magis inſervit, quod Heroica ipſius ac prorſus admirabilia geſta exterorum potiùs, quàm Svecnum Gothorumque monumentis, quà metallicis, quà chartaceis, teſtata conſignataque ſint: quandoquidem à ſuis laudari, in adulationis ſuſpicionem ſæpenumerò incurrere ſolet.

Nummi inaugurales.


G. ADOLPHI T. II. *N.* I.

A parte adverſâ Caput Regis laureatum ſub nomine *Jehovah* in circulo ſolari eminente, tribus infrà clypeis ſeparatim poſitis (in quibus extant inſignia Svecica, Gothica ac gentilitia) cum anno 1617. Inſcr: GVSTAVVS. ADOLPHVS. REX.

Ab averſâ parte vaſculum, in quo caryophyllon vireſcens, quod corona ambit radiata, ſolque radiis illuſtrat, addito lemmate: FLOREBO. PROSPICIENTE. DEO.

Certè


GVSTAVVS. ADOLPHVS REX
1617
FLOREBO PROSPICIENTE DEO


GVSTAV. ADOLPH: D:G: SVECO: GOTHO: VANDALO: REX: MAG:
NON EXORATVS EXORIOR


CHRISTVS. DVX. ERGO. TRIVMPHVS.

Certé non ſine ſingulari præſagio Caryophyllon floreſcens, coronâ radiatâ cinctum, & ſole ſereno illuſtratum in Nummo inaugurali expreſſit Guſtavus Adolphus. Quemadmodum enim ſolus caryophylli flos diutiùs, quam reliqui, tempore hyemali perdurat, brumæque rigorem irridet; ſic animus imperterritus nullis fortunæ adverſantis ictibus cedens, ſemper ſibi conſtat. Et ſicuti fragrantiam aromaticam & ſvaviſſimam circumſpargit caryophyllon; ita anima ſancta omnium virtutum Chriſtianarum ſvaveolentem odorem. Intuere, quæſo, vitam & geſta glorioſiſſimi Regis, & perpende, quàm benè eventus reſpondit augurio. Nam variis injuriis ſive excitatam, ſive exercitam, quæ animo penitus inſederat, virtutem in tantum promovit, ut veræ fortitudinis exemplar, cæterarumque virtutum omnium, quæ Heroëm Chriſtianum decent, centrum dici haberique meritò poſſit. Atque etiamnum in ore omnium populorum eſt *Guſtavus Adolphus Magnus;* nec unquam interitura eſt virtutum illius Heroicarum & prorſus inimitabilium memoria. Quæ caryophyllon ambit corona radiata, Principum olim inter Deos relatorum ſymbolum, non potuit non ominari Regi, orthodoxæ Religionis aſſertori & vindici, ſummum honoris faſtigium ac ſempiternum nomen. Et aſpectus Solis benignior nil niſi Numinis ſupremi favorem, Regisque pietatem minimè fucatam ſignificat. Coronatus eſt Upſaliæ d. 12. Octob. anno in numiſmate expreſſo. Plura talia Numiſmata diverſæ craſſitiei, diverſique pretii cuſa & in publicum diſtributa ac ſparſa ſunt: alia enim imperialem, alia dimidium, alia quartam partem, alia octavam Imperialis valent. Idem eſto judicium de aureis, quæ ex eadem prodierunt matrice, diverſi quippe ponderis ac pretii fuere.

N.

Adverſa perſimilis; caret tamen anni deſignatione.

Averſa vaſculum etiam exhibet, cum caryophyllo ſolis radiis confoto, intra ſepem, extra quam, à parte ſiniſtrâ, frondoſa cernitur arbor, & infrà Annus æræ Chriſtianæ 1617. Epigraphe eadem.

Connubiales.

T. III. *N.* 1.

In unâ parte manus coronam Regiam è nube porrigit, cum lemmate: A. DEO. DESTINATA.

In alterâ, hæc lineis rectis extant verba: GVSTAWO. ADOLFO. REGI. IVNGITVR. MARIA. ELEONORA. ET. CORONATVR. REGINA. SVECIÆ. DIE. 27 NOVEMB. STOC. 1620.

T. III. *N.* 2.

Imago Regis laureâ coronati, cum inscriptione; GVSTAVVS ADOLPH. D. G. SVE. GOT. V. REX.

Imago Reginæ coronatæ, cum Epigr. MARIA. ELENNORA. REGINA. SVECIÆ. Extat hic Nummus aliâ atque aliâ formâ, majori, minori, rotundâ, ovatâ.

T. III. *N.* 3.

Similis Regis effigies.

Duo cornua copiæ, frugibus floribusque referta, inferiùs colligata, superiùs serto laureo connexa, inter quæ duæ manus conjunctæ apparent, sub corde alato, binisque palmæ ramis & coronâ Regiâ ornato, quam ambit circulus solaris dimidiatus. Hæc omnia nubes includunt, quæ supremo loco nomen Dei tetragrammaton continent. Subjicitur annus 1620. Figura nummi ovalis est.


Nummi Virtutes & res gestas Maximi Regis designantes.

T. II. *N.* 2.

Effigies Regis laureati. Inscr: GVSTAV: ADOLPH: D: G: SVECO: GOTHO: VANDALO: REX: MAG.

Mare Balthicum, ultra quod sol oritur, citra verò Arx Holmensis, è cujus littore navis magna passis velis procedit. Lemma est: NON. EXORATVS. EXORIOR.

T. II.


GVSTA
WO·ADOLFO
REGI·IVNGITVR
MARIA·ELEONORA
ET·CORONATVR
REGINA·SVECIÆ
DIE 27 NOVEMB.
STOC. 1620



A DEO DESTINATA


GVSTAVVS ADOLPH D.G. SVE GOT. V. REX


MARIA ELENNORA REGINA SVECIÆ


Anno 1620

E B



BEATA TERRA CÆLOQVE
MARIA
ELEONORA
REGINA SVECIÆ
OBIIT 18 MAR
MDCLV


PARI CONIVGE ET NATA SINE
GAR
S
CR


GVSTAVVS·ADOLP:D:G: SVEC:GOTH:WAND:Q:REX


DEVM COLE
AVRVM CONTEMNE
VIRTVTEM SECTARE
ARGENTVM SPERNE
PATRIAM DEFENDE
1629


LIBERATQ·DEFENDATQ
DEO·ET·VICTRICIBVS·ARMIS


DEO ET·VICTRICIBVS·ARMIS·


GVSTAVVS·ADOLP·D·G·SVE·GOTHOR·VANDALOR·REX·MAG·P·FIN·LAND·DVX·ETHONI·CARELI·NEN· INGRI





GVSTADOLPDGSVEC GOT WAND REX


COMPELLE INTRARE




DEO ET VICTRICIBVS ARMIS




CVM·DEO·PLVS·VLTRA

E Br.

T. II. *N.* 3.

Imago & inſcriptio ut antè.

Corona ex lauro, cum intermediis palmæ & lauri ramis decuſſatim junctis. Inſcr: ChrIstVs DVX. ergo trIVMphVs.

T. II. *N.* 4.

Effigies ſine inſcriptione.

Literæ G. A. S. R. ſibi invicem innexæ & coronâ ſuperius ornatæ.

T. IV. *N.* I.

Icon Regis, cum inſcriptione: GVSTAVVS. ADOLP: D: G: SVEC: GOTH: VANDQ: REX.

Nomen Dei tetragrammaton in circulo radiato, infra quem alternantibus lineis rectis & curvis hæc extant monita: DEVM COLE: AVRVM CONTEMNE: VIRTVTEM SECTARE: ARGENTVM SPERNE: PATRIAM DEFENDE. 1629.

T. IV. *N.* 2.

Effigies ſimilis. GVST. ADOLPH. D. G. SVEC. GOT. VÁND. REX. M. P. F. D. E. & C. I. DO.

Leo inter varia armorum genera ſtans, dextero pede gladium, ſiniſtro clypeum tenet; adſcriptis verbis: DEO. ET. VICTRICIBUS. ARMIS. Supremo loco nomen *Jehovah*, inter quod & Leonem lemma extat: LIBERATQ. DEFENDITQ.

T. IV. *N.* 3.

Effigies Regis ſimilis, cum inſcriptione eadem.

Spes vultu ad cœlum ſublato, manibusque complicatis, pedibus inſiſtit anchoræ erectæ, cui fortitudo adſtat, ab altero latere columnam, cui innititur, ab altero leonem habens; ſuper illas *Jehovah*. Inſcriptio: DEO. ET. VICTRICIBVS. ARMIS

T. V. *N.* I.

Imago Regis laureâ coronati. Infcr: GVSTAVVS. ADOLP. D. G. SVE. GOTHOR. VANDALOR. REX. MAG. P. FINLAND. DVX ETHONI. CARELI. NE. N. INGRI.

Leo coronatus dextro pede acinacem, lævo librum tenens. Infcr:

Von Mitternacht kom ich daher/
Zu streiten ist mein gantz Begehr;
Will allzeit halten gute Wacht/
Gottes Auge nim mich in acht.

T. V. *N.* 2.

Effigies Regis redimiti tempora lauro. Infcriptio: GVST A-DOLP D G SVEC GOT WAND REX.

Hercules hydram, monftrum multorum capitum, clavâ contundit, lævâ facem tenens luculentam. Lemma eft: COMPELLE INTRARE.

T. V. *N.* 3.

Effigies fimilis. Epigraphe: GUSTAVVS. II. D. G. SVE. GOT. VAN. REX.

Leo coronatus adverfus Urfum cum impetu infilientem, & Aquilam coronatam atque fceptrigeram, cedentem, ftricto armatus gladio & clypeo, tribus infignito coronis, acer ftans; cui manus è nube lauream porrigit.

T. V. *N.* 4.

Effigies Regis atque Epigraphe eadem.


Leo in armorum congerie ftans, atque dextero pede gladium, lævo fcutum in medio acuminatum tenens: Infcriptio: DEO ET VICTRICIBVS ARMIS.

T. VII. *N.* 2.

Imago Regis: GVSTAVVS. ADOLP. D. G. SVEC. GOT. VAND. Q. R.

Leo

Nummi Aurei



Ad editionem 2dam Thesauri Num: Sveogoth. colleg: pinx et sculps El Brenner 1706.


GVST.ADOLPH.D.G.SVEC.GOT.VAD.R.M.PRIC.FILAD.DVX.ETHO.ET.CARELIÆ.IGRIÆD,
16 31


MILES EGO CHRISTI CHRO DVCE STERNO TYRANNOS
HERETICOS SIMVL ET CALCO MEIS PEDIBVS
PARCE REBVS CHRISTICOLIS ME DEBELLARE FEROCES
PAPICOLAS CHRIST, DVX ME, EN ANIMAT.


GVSTAVVS ADOLP.DG.SVEC GOTVANDQ. R


DEO ET VICTRICIBVS ARMIS


ENSEM GRADIVVS SCEPTRVM THEMIS IPSA GVBERNAT


IVSTITIA ET PIETAS CONSTANS ANIMVSQVE TRIVMPHANT
Gott mit uns


AVXILIANTE DEO PRESSIS VICTORIA VENIT AN. MDCXXXI. VII SEPT.

E. B.


GUSTAVUS ADOLPHUS MAGNUS DEI GRATIA SVECOR. GOTHOR. ET VANDALOR REX AUGUSTUS
.S.D.




GUSTAVUS ADOLPHUS D.G. SVECORUM GOT. ET VAN. REX
MDCXXXI


Mit GOTT und Ritterliche Waffen


RESTIT
LIBERT
GERM


AVSPICIO·IOVÆ·VIRTVTE·REGIS·SVECORVM·
VICTORIA·LEIP·
PARTA·1631·

Leo in armorum congerie, ense armatus ac clypeo, Sacro-sanctum Nomen tetragrammaton præferente. DEO. ET. VICTRICIBVS. ARMIS. Est Nummus formâ ovatâ.

T. VII. *N.* 3.

Eadem imago ac Epigraphe.

Gladius cum sceptro in speciem Literæ X colligatus. ENSEM GRADIVVS SCEPTRVM THEMIS. IPSA GVBERNAT. Est Nummus eadem formâ.

T. I. *N.* 5.

Icon Regis, cum Epigraphe simili.

יהוה in nube, unde dextera coronam è lauro, cum lauri & palmæ ramis porrigit; infrà armorum variorum cumulus. Inscriptio intermedia lineis rectis: CVM. DEO. ET. VICTRICIBVS. ARMIS.

T. V. *N.* 5.

Rex equo cristato insidet, exercitu eminus urbem obsidente.

Urbs capta, adscripto lemmate: CVM. DEO. PLVS. VLTRA.

T. VI. *N.* 1.

Rex generoso equo insidens, dextrâ scipionem tenet Imperatorium, nudo capite, sed cui Angeli duo è nubibus imponere lauream gestiunt. E longinquo RIGA Urbs à boreali parte conspicitur, ab exercitu Regio obsessa: Inscr: GUSTAVUS ADOLPHUS MAGNUS DEI GRATIA SVECOR. GOTHOR. ET VANDALOR. REX. AUGUSTUS.

Eadem Urbs à plaga australi, cum Dunâ flumine, & castris Regiis. Supra Urbem in clypeo, quem duo sustinent Leones, ejus exstant Insignia, nimirum porta patens cum binis turribus, inter quarum apices, claves duæ decussatim junctæ, & crux superiùs posita

sita. E supremo loco Angeli duo imponunt Clypeo coronam lauream. Inscriptio annum æræ Christianæ 1621. chronodisticho exprimit:

RIga DeVICta VICtorIa VenIt ab aXe LaVrV VbI GVstaVI CInXIt raDIante CapILLos.

T. VI. *N.* 2.

Rex cataphractus equo insidet, dexterâ scipionem Imperatorium tenens, cui manus è nube proveniens sertum laureum imponit. Eminus conflictus prospicitur inter Svecos & Cæsarianos, his fugientibus. Inscriptio: GUSTAVUS ADOLPHVS D. G. SVECORVM GOT. ET. VAN. REX. Infrà annus additur MDCXXXI.

Quatuor clypei, vario armorum ornatu conspicui, quorum supremus insignia habet Sveo-Gothica, cum fasce gentilitio. E duobus mediis alter gladium cum sceptro fasciâ decussatim junctum, additâ inscriptione: ENSEM GRADIVUS SCEPTRVM THEMIS IPSA GUBERNAT. alter coronam, in excelsâ rupe, ventis undique impetentibus non cedentem, cum lemmate: IMMOTA TRIVMPHO: quartus idemque infimus hæc verba Germanica habet: Mit Gott und ritterlichen Waffen.

T. VI. *N.* 3.

Effigies Regis vario armorum genere circumdata. Inscr: GVSTAVVS, ADOLFVS. SVECORVM ETC. REX. RESTIT. LIBERT. GERM.

Pugna Lipsiensis, additâ Epigraphe: AVSPICIO. IOVÆ. VIRTVTE. REGIS. SVECORVM. VICTORIA. LEIP. PARTA. 1631.

T. VII. *N.* 1.

Effigies Regis cum Epigraphe: GVST. ADOLPH. D. G.

SVEC.


GUSTAWS·ADOLPH·D·G·SVEC·GOR·GOTH·VVANDAL·REX·
MDC XXXI


PARCIT·SVBIECTIS·DEBELLATVRA·SVPERBOS
IVSTITIA IMMOBILI

SVEC. GOT. VAND. R. M. PRINC. FINLAND. DVX. ETHO. ET. CARELIÆ. INGRIÆ. D3. Infra 1631.

Miles Christianus dexterâ gerens gladium strictum, lævâ scutum, cruce insignitum, inter fulmina intrepidus, Religionis hostes prosternit conculcatque. Epigraphe duplici circulo hæc est:

Miles ego Christi, Christo Duce, sterno Tyrannos
Hæreticos, simul & calco meis pedibus.
Parcere Christicolis me debellare feroces
Papicolas, Christus Dux meus en animat.

Est hic nummus ex iis, qui in Germaniâ, vel inscio Rege, in honorem ejus cusi sunt; quod monendum duximus, ne quis falsò existimet, Gloriosissimum Regem verbis de hostibus triumphare voluisse, qui armis maluit.

T. VII. *N.* 4.

Pugna Lipsiensis, super quam in äere Angelus, cum gladio flammeo, septem stellis circumdatus. Inscriptio: AVXILIANTE DEO PRESSIS VICTORIA VENIT. AN. MDCXXXI. VII. SEPT.

Tres virtutes: *Pietas* cum ramo, *Justitia* cum gladio, *Constantia* cum columnâ coronatâ; super quas sol & manus è nube porrecta: post illas Urbs Lipsia conspicitur. Infrà Regis Symbolum militare: GOTT mit uns. Inscriptio: IVSTITIA ET PIETAS CONSTANS ANIMVSQVE TRIVMPHANT.

T. VIII. *N.*

Imago Regis laureâ ornati Coronâ. GVSTAVVS. ADOLPHVS. D. G. SVECOR. GOTH. WANDAL. REX. M. DC. XXXI.

Fœmina cum ense flammeo ac bilance, stans in basi. Ad dexterum ejus latus Viri in sagis armati humi assident; ad sinistrum verò Viri togis vestiti in genua procumbunt, quorum unus clavem porrigit. Epigraphe: PARCIT. SVBIECTIS. DEBELLATVRA. SVPERBOS. In imo: IVSTITIA. IMMOBILI.

Numi-

Numiſma hocce ex auro rariſſimum & elegantiſſimum in Gazâ Regiâ, apud Gallos, curioſè adſervatur.

T. IX. *N.*

Rex cathaphractâ, enſe & ſceptro conſpicuus, prope humilem baſin, cum impoſitâ Caſſide criſtatâ, ſtans in terrâ, quæ mari alluitur. In hujus vicinâ rupe, omnes incurſus atque impetus fluctuum frangente, erecta eſt Columna, in ſummo adſcriptas habens voces VERBVM DEI flammis ardentes. Eminus Navigium, expanſis velis. inſcriptio exterior: GVSTAV9 ADOLPH9 D. G. SVEC. GOTH. VAND. REX. MAG. PRIN. FINL. DVX. ETHO. CAR. DOM. ING. Interior: CVM. DEO. ET. VICTRICIBVS. ARMIS. Infimo loco: ENSEM. GRADIVVS. SCEPTRUM. THEMIS. IPSA. GVBERNAT.

In ſummo Crux coruſca, cum ſuppoſito gladio. Iſti Lemma adſcriptum: IN HOC SIGNO VINCES. huic: PRO VERBO FERRO. Quibus ſubjuncti hi Rhythmi Germanici:

Für Gottes Wort das (nempe Schwert) ich führ,
HErr Christe dir gilts und nicht mir.
Dein Wort mag nimmer untergahn/
Schwerd hat sein bests dabey gethan/
Wider der Welt gottloß Wellen
Mit Gott sich wagt selb zu stellen.
HErr Christ thu ihm glücklich beistahn/
Nim dich deins kleinen Heufleins an/
Das dich lob/ ehr/ preiß jederman.


Nummus formam habet ovatam, ac Norimbergæ in lucem prodiit.

Nummi funebres.

T. X. *N.* I.

Rex


ADOLPH. D. G. SUEC.
REX MAG. PRIN.
DUX. ETHO. CAR. DOM. ING.
SCEPT-
RUM THEMIS IPSA


IN HOC SIG- NO VINCES.
PRO VERBO FERRO
Fur Gottes wortt das ich fuhr
Her Christe dir gilts vnd nicht mir.
Dein wortt mag nimmer vntergahn
Schwerd hat sein bests dabey gethan
Wider der welt gottloss wellen
Mitt Gott sich wagt selb zu stellen
Herr Christ thu ihm glucklich beisthan
Nim dich deins kleinen heufleins an
Das dich Lob Ehr Preiss
Jederman.




GUSTAVUS ADOLPHUS MAGNUS DEI GRATIA SVECOR.


ET VITA ET MORTE TRIUMPHO
DUX GLORIOS. PRINC. PIUS. HEROS. INVICT. VICTOR. INCOMPARAB. TRIUMPH. FELIX & GERM. LIBERATOR A. 1634.




PUGNANS VINCENS MORIENSQVE TRIUMPHAT


GUSTAVUS ADOL. D.G. REX SVEC.


STANS ACIE
PUGNANS
VINCENS
MORIESQVR
TRIUMPHAT




UT VIVAT

Rex mortuus, manibus complicatis, ſupinus jacet, coronâ, cataphractâ, pallioque Regali indutus, baculo Imperiali ad dextram, gladio & ſceptro ad ſiniſtram poſitis. Ad illum multi nubibus circumfuſi deſcendunt Angeli, quorum duo ſpiritum ex ore ejus emiſſum ad cœlum verſus ferunt, qui hâc formulâ: EVGE SERVE FIDELIS, ſalutatur à DEO, is enim in radiante ſole per nomen Hebraicum יהוה denotatur. Eminus pugna Lutzenſis cernitur, Svecis in fugam conjicientibus Cæſareos, quos inſimul ſupervolitans Angelus fugat, dexterâ gladium igneum, & ſiniſtra hoc tenens lemma: VEL MORTVVM FVGIVNT. Infrà hæc extant verba: NATVS 9. DEC. ANNO 1594. GLORIOSE MORTVVS. 6. NOV. ANNO 1632. Inſcriptio: GUSTAVUS ADOLPHVS MAGNVS DEI GRATIA SVECOR: GOTHOR: ET VANDALOR: REX AVGVSTVS.

Rex vel potius ſceleton ejus, Regio habitu ornatum, currui inſidens triumphali, tribus alatis equis tracto, dextrâ gladium, ſiniſtrâ librum gerit apertum, cujus foliis inſcriptum legitur: VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM. Pone currum ſtat Fortitudo, lævâ columnam tenens, & dextrâ ſertum Regi imponens laureum, quod ſimul manu ſiniſtrâ prehendit Religio, ſtellis caput circumdata, a dextris Regi adſtans, dextraque crucem, è qua pileus, libertatis inſigne, pendet, librum & aram cum corde incenſo geſtans. Currui proſtrata ſubjacet hydra, cum aliis monſtris. In rotâ currûs reperiuntur S. D. literæ initiales *Sebaſtiani Datleri*, qui tunc temporis inter celebriores Germaniæ nummarios cælatores habitus fuit. Supernè additum lemma: ET VITA ET MORTE TRIUMPHO. Inſcriptio inſcriptionis, quam anterior habet pars, continuatio eſt: DUX GLORIOS. PRINC. PIUS. HEROS INVICT. VICTOR INCOMPARAB. TRIUMPH. FELIX & GERM. LIBERATOR. A. 1634.

In Tragœdiâ Joannis Narſſii Anaſtaſii F. Dodraco-Batavi, quæ inſcribitur GUSTAVUS SAUCIUS (cui addita ſunt B. Guſtavi Adolphi Funebria, aliaque miſcellanea Latina & Batavica) Francofurti ad Mœnum typis Wolfgangi Hofmanni A. 1633. editâ, Numiſma aureum deſcribitur, duobus annis hoc noſtro vetuſtius, & tertiam

circiter partem in diametro majus, cum quo quidem hoc nostrum, si figurarum ac verborum excogitationem & inventionem spectes, propè congruit. Sed quoniam illud ipse non vidi, nec ferè nisi quæ manibus tractavi, huic operi inserere volui, delineatione ejus exactâ supersedeo, mutationes solum extantiores notaturus. In eo itaque ad corpus Regis omissa sunt baculus, sceptrum & gladius, tum etiam Angeli omnes, præter duos illos, spiritum ad cœlum ferentes. Locum fortitudinis tenet justitia cum bilance, & Religio nihil nisi crucem cum pileo gestat. Loco trium pegasorum currum trahunt binæ aquilæ, & sub hoc, præter hydram, etiam nonnihil immutatam, cernitur humana figura, capite Coronam triplicatam gerens, deorsum præcipitata unà cum cruce geminatâ. Acies Cæsariana, quæ in fugam vertitur à persequenti Svecana, in vexillis insignia gestat Aquilæ. Ad hoc inscriptiones variant; Inscriptio enim adversæ hæc est: GUSTAVVS ADOLPHVS DEI GRATIA SVECIÆ &c. CONSERVATOR. Aversæ: TERROR SARMATIÆ LIBERATOR GERMANIÆ. ANNO MDCXXXII. Illud sine dubio vel procuravit vel evulgavit quidam *Sigerod*, quoniam à dicto Narssio vocatur aureum numisma SIGERODIANVM. Et certè fatendum est, nullum majus ex auro vel argento unquam in Sveciâ, aut in Regum Svecicorum honorem, fuisse percussum.

Ejusdem ferè cum præcedentibus typi, sed minus artificiosè cælati, alii tres reperiuntur nummi, magnitudine, & valore diversi, quorum maximus IV. medius II. Thaleros, minimus verò dimium thaleri valet. Qui est IV. Imperialium cusus est A. 1633, & in omnibus similis est Numismati Sigerodiano proximè descripto, si excipias binas aquilas & inscriptionem. In aquilarum locum substituti sunt tres Pegasi. Omnibus enim & singulis Principibus, quibus cum Svecis bellum nuper fuerat, aut etiamnum perdurabat, e. g. Imperatori Romano, Regi Poloniæ & Magno Duci Moscoviæ, insigne erat Aquila. Inscriptio eadem est ac illa, quæ in delineato à me numismate extat. Qui est duorum Imperialium, prælum etiam subiit A. 1633, & est præcedenti per omnia similis. Nec ille, qui dimidium valet Imperialem, multùm differt, nisi solo anno 1634. Quo cùm Numisma illud magnum, quod ego possideo, & jam descripsi,



Elias Brenner coll pinx. et sculp.

ſcripſi, etiam ſit percuſſum, facilè inducor ut credam, imaginem illam humanam tergeminâ notabilem Coronâ, quæ in Sigerodiano & reliquis exprimitur, unà cum cruce geminatâ, certis de cauſis fuiſſe in hoc poſteriori immutatam.

T. X. *N.* 2.

Effigies Regis cum inſcriptione: GUST. ADOLPH. D. G. SVEC. GOT. VAND. R. M. PRIC. FIN. DUX ETHO: ET CAREL. INGRIÆ. D.

Manus gladium ſtrictum tenens coronâ laureâ circumdatum, atque ad cœlum præſensque Numen erectum, appoſitis ramis, hinc lauri, inde palmæ. Inſcriptio binis lineis abſolvitur: STANS ACIE PUGNANS VINCENS MORIENSQVE TRIVMPHAT. NATVS 9. DEC. ANNO 1594. GLORIOSE MORTUUS 6. NOV. ANO 1632.

T. X. *N.* 3.

Effigies Regis cum inſcript: GVSTAVUS ADOL: D. G. REX SVEC. &c.

Lineis rectis figuræ quadratæ inſcriptum: STANS ACIE PUGNANS VINCENS MORIENSQVE TRIUMPHAT. 1632. 6. NOVEMB.

N.

Icon eadem. GUSTAVUS ADOLPH. MAGN. D. G. SVECOR. REX. AUGUST. &c.

Latus averſum priori prorſus geminum.

T. X. *N.* 4.

Effigies eadem. Inſcr: GUST. ADOLPH: D. G. SVECO. REX.

Phœnix rogo inſidens, quem ſol incendit, cum lemmate: PERIT VT VIVAT. Formam habet Nummus ovatam.

T. XI. *N.* 1.

Vitis è capite oſſibusque humanis, angvium receptaculo, enata, uvis fœcunda.

Scutum ovale coronatum & quadripartitum, cum Insignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Suprà additus annus 1633. Inscriptio utrinque duplex, quæ utraque conjuncta se ita habet; interior: EZECH: AM. XXXVII. CAP. VND AM VI. NOVEM. 1632. DV MENSCH. KIND. MEINST. AVCH. DAS. DISE. BEINE. WID. LEBEN WERD. Exterior: GVSTAVVS. ADOLPHVS. D: G. SVEC. GOTH. VAND. REX. PR: FINL: DVX: ETHON: ET CAREL: DOM. INGE:

T. XI. *N.* 3.

Rex curru triumphali, quem bini trahunt Eqvi alati, vectus, dextrâ gladium tenet, manu è nube sertum laureum ei imponente. Infrà annus extat 1634. Inscript: GVST. ADOLPH. D. G. SVEC. GOT. VAND. R. M. PRIC. FIN. DVX. ESTHON. ET. CAREL. DNS. INGRIÆ.

Idem mortuus jacet, duobus Angelis spiritum ejus ad cœlum ferentibus, quem vox inde procedens excipit: EVGE SERVE FIDELIS. In limbo nummi septem extant turres rotundæ, Monumentum Regium (quod hodieque hîc juxta Ridderholmense Templum conspicitur) quodammodò referentes. Inter illas verba: VITA MIHI CHRIST: MORS MEA DVLCE LVCRVM. PHILIP. IV. XXI. Singulis turribus præterea breve lemma subscriptum. Lemmata res Regis gestas strictim sic enarrant: IN ANGVSTIIS INTRAVIT. PIETATEM AMAVIT. HOSTES PROSTRAVIT. REGNVM DILATAVIT. SVECOS EXALTAVIT. OPPRESSOS LIBERAVIT. MORIENS TRIVMPHAVIT.

Hi duo Nummi præter jam notata, etiam ostendunt signa quædam chymica, Sulphuris scilicet Mercuriique, & ille quidem in aversâ, hic verò in adversâ facie, de quibus videatur Cl. Reiheri Dissert. de Nummis ex Metallo chymico, pag. 8. & seqq.

T. XI. *N.* 2.

Rex stans, gladio accinctus, dexterâ scipionem tenet Imperatorium, lævâ lateri applicatâ. Epigraphe, duplici literarum serie,

haec

hæc eſt: GVST. ADOLP. D: G. SVEC. GOT. VAND. REX. PROPVGNATOR. RELIGIONIS. VERÆ.

Idem in Qvadrigis, equos ipſe regit, cœleſti manu illum coronante. Inſcriptio inſcriptioni partis anterioris adjungenda: LIBERTATIS GERMANICÆ. VINDEX. In imo: SIC. ITVR. AD. ASTRA.

T. XI. N. 4.

Octangularis eſt lateribus concavatis. Hinc Samſon cernitur domum ſubruens, cui ſubſcriptum: ALTER ERAT. G. A. Inſcr: CVM DEO ET VICTRICIBVS ARMIS.

Inde Pelicanus pullos ſuos ſangvine paſcens, quem manus in cœlum ſublevat, cùm inſcriptione: SIC IMMORTALIS ERIT. Paulò inferiùs duo brachia extant ferreo indumento munita, quæ, dum tertio gladium & labarum eripere conantur; eo ipſo vulnera excipiunt. Subjectum lemma: NEC ETIAM INVLTVS.

T. XI. N. 5.

Itidem octangularis, ſed lateribus rectis, cujus prima pars faciem Regis; altera manum cum enſe, coronâ cincto, oſtendit. Inſcr: GLADIVS DOMINI ET GEDEON. 1632.

T. I. N. 2.

Icon Regis, cum Epigraphe: GVST. ADOL. REX. PIVS. FORTIS. FOELIX.

Dextera tenens gladium, cum Lemmate: Hie Schwerd des HErrn und Gideon.

Et hic Nummus octangularis eſt.

T. I. N 3.

Regis effigies. *Divus Guſtavus Adolphus Dei gratiâ Sveciæ Rex.*

Oſſa humana inter quatuor vexilla. Superiùs hoc Diſtichon ſcriptum:

Amplius haud vivit nunc Rex Guſtavus Adolphus;

Ejus at omne tamen vivit Victoria in ævum.
Inferius: J. Blum fec.

T. I. N. 4.

Capita jugata Regis Gustavi Adolphi & Reginæ Mariæ Eleonoræ. Turtur mortuum lugens turturem.

T. XII. N. 1.

Effigies Regis inter columnas, quarum una regni Insignia exhibet. Inscriptio duplici circulo comprehensa talis est: GVSTAVVS ADOLP. D. G. SVEC. GOTH. WAND. REX. MAG. PRIN. FIN. DVX. ETH. ET. CAR. I. D. VERÆ RELIGIONIS PROPVGNATOR LIBERTATIS GERMANICÆ. VINDEX.

Rex cisio, à quatuor tracto equis, vectus, ad cœlum tendens Deum aspicit. In medio columna vite circumdata, in cujus summo Pelicanus, pullos suos nutriens sangvine, adscripto infrà lemmate: SIC ITVR AD ASTRA. Inscriptio in limbo: COLVMNA ECCLESIÆ DEI PRO QVA REX ILLE MAGNVS SANGVINEM SVVM FVDIT.

T. XII. N. 2.

Scutum quadripartitum coronatumque cum insignibus Sveo-Gothicis ac gentilitijs. Inscriptio lineis rectis talis est:

Invictiss. Princeps Gustavus, ejus nominis secundus, Rex Sveco-rum &c. Patriæ & orbis terrarum æternum decus. Germanicæ libertatis assertor, patronus, vindex, Pietatis & fortitudinis, sine exemplo, exemplum, dum ad Lipsiam, cruento prœlio dimicat, ibique, ut antea, & ubique victoriam obtinet, non uno vulnere cadens, nec cedens, cælo, unde lapsus, redditus, sibi immortalem gloriam, hostibus invidiam, amicis desiderium & lachrymas reliquit, VI Nov. MDCXXXII.


Manus armata cum gladio stricto, è nube prominens; infrà, brachium humanum exarefactum, humi jacens, suprà, nomen *Jehovah.* Inscr: *Dextra manus Svecis superest, pereunte sinistrâ.*

Vir Clarissimus Tenzelius in suis, quas sub titulo Monatliche Unterredungen edidit, Ephemeridibus, mensis Maji 1695, posteaquam

hoc


GVSTAVVS ADOLF.D.G.SVEC.GOTH.WAND.REX.MAG.PRIN.FIN.DVX.ETH.ET.CAR.I.D:
VERÆ RELIGIONIS PROPVGNATOR LIBERTATIS GERMANICÆ VINDEX


COLVMNA ECCLESIÆ DEI PRO QVA REX ILLE MAGNVS SANGVINEM SVVM FVDIT
SIC ITVR AD ASTRA


Invic tiss.
princeps Gustavus
eius nominis secundus rex
Svecorum &c. patriæ & orbis ter
rarum æternum decus Germanicæ
libertatis assertor, patronus, vindex
pietatis & fortitudinis, sine exemplo,
exemplum dum ad Lipsiam cruento
prœlio, dimicat ibiqve, ut antea & ubiq;
victoriam obtinet non uno vulnere
cadens nec cedens, coelo unde lap.
sus redditus sibi immortalem
gloriam, hostibus invidiam
amicis desiderium &
lachrymas reliqvit
VI 9b. mdcxxxii


SINISTRA DEXTRA MANVS SVECIS SVPERES T PEREVNTE


GVST. ADOL. D.G. REX SVEC.


ME SECVLA CANA CANENT.

E B

hoc numiſma recenſuit, ſententiam ſubjungit, cui accedere neutiquam poſſim. Rationes quæ pro me militant, Orbis literati ſubjiciam examini; id Viro eruditiſſimo haud fore ingratum ſperans, præſertim quia pro ſuâ ſingulari modeſtiâ, in fronte ſuorum colloquiorum hanc ponit formulam: *Sine cenſurâ & approbatione Auctoris.* Ego quidem, qui ad rei nummariæ, inprimis patriæ, ſtudium per quinquaginta circiter annos animum adjunxi, fatebor ingenuè, me nunquam hoc, de quo agitur, numiſma vidiſſe archetypon, nec unquam de illo quid inaudiviſſe, antequam ab advenâ Germano, Viro haud incurioſo, in meo, quod inſpiciebat, Nummophylacio deſideraretur. Inde quippe mihi nata occaſio de illo primùm inquirendi, neminemque vel Magnatum, quorum Majores bello interfuere Germanico, vel aliorum hominum curioſorum reliqui inſalutatum, quin de illo admonerem; ſed omnes uno ore pronunciabant, ſe illud aut nunquam vidiſſe, aut ſi vidiſſent, non ſatis bene attendiſſe, vel etiam dememiniſſe. Tandem in patriam ante aliquot annos reverſus eſt Carolus Guſtavus Heræus, qui, præter elegantem rerum Hiſtoricarum & Politicarum notitiam, quam ſibi longâ peregrinatione, & aſſiduâ cum Clariſſimis Viris converſatione, comparavit, tantos in ſtudio numiſmatum recentiorum, etiam tum juvenis, fecit progreſſus, ut paucos, etiam inter ætate provectiores, ſibi haberet pares. Illum opportunè conveni, qui inter innumera alia numismata ectypa, etiam illud collegerat, mecumque primùm, additis nonnullis aliis, amicè communicabat. Verùm, ſi Sveciæ ſuos illud debuiſſet natales, non potuit non uni alterive innotuiſſe, nec tanto illius inveſtigandi labore indiguiſſemus. Nec tanta, ut verum fatear, ulli noſtratum, aliive hîc degenti, cùm Numiſma formaretur, monetæ cælandæ fuit peritia, ut id tali cuipiam attribui poſſit. Si cum iſthoc comparaveris nummos & numiſmata alia ſub hoc Rege in Patriâ percuſſa, in illis cælatura multò rudior, & in hocce literarum nitor ſingularis formaque noſtratibus inuſitata, & non vulgaris figurarum concinnitas luce meridianâ clariùs comparebunt. Quanquam non diſſimulare poſſim, antehac, tempore ſc. Ducum Johannis & Caroli,

Caroli, postea Regum, in Patriâ viguisse Cælatores monetæ satis peritos; quam ipsam si inspexeris, & cum nummis Gustavi Adolphi hîc cusis contuleris, evidens erit discrimen. At tempore Reginæ Christinæ, Gallus quidam, *E. Parise*, Româ huc ab illâ evocatus, isthac arte omnes antecelluit, qui & in Sveciâ & in Germaniâ inclaruerunt, & paucissimi etiamnum reperientur, qui illi possint æquiparari. Hic omnes nummos hujus Reginæ inaugurales, unà cum plerisque aliis ejus numismatibus, inaugurales item Regis Caroli Gustavi cælavit, atque in arce Leckoe repentinâ est raptus morte. De quo hæc paucula obiter. Svecorum tantùm mentionem cùm in adversâ numismatis parte viderit Cl. Tenzelius factam, in Sveciâ quoque illud concludit fabricatum, præsertim cùm illis ademta notetur sinistra. Sed attendendum hîc præcipuè est, non Svecorum, sed Religionis bellum tunc temporis gestum fuisse, quod à lemmate ipso penitiùs inspecto facilè colligitur. Illa potissimùm defensa ac propugnata fuit Svecorum virtute, quibus duæ attribuuntur manus, Altera, gladio armata, Dei est, cùm e nube proveniat, nomenque tetragrammaton coruscum supra se habeat; altera jam arida & in terram lapsa, Gustavi Adolphi est. Cumque etiam post mortem Gloriossimi sui Ducis, Sveci in defendendâ Religione saniori, hostibusque illius propulsandis, non minùs felices quam fortes toti se mundo exhibuerint, commotos fuisse exteros putem, ut hoc numismate, & honori Invictissimi Regis litare, & Svecorum Heroum illi superstitum virtutem prædicare, non dubitaverint. Quin imò, cùm res omnis Confœderatorum Evangelicorum, isto bello, nomine & auspiciis Regis Gustavi Adolphi, & post illum, ductu Axelii Oxenstiernæ, regni Sveciæ Cancellarii, & peracta & finita sit, mirum nemini esse potest, solos Svecos in hoc numismate memorari, accedente angustiâ spatii & brevitate dictionis, quæ acumini symbolorum familiaris est. Non quidem negaverim, Electorem Saxonem, ceu primarium post laudatissimum Regem Confœderatorum Evangelicorum membrum, rerum supremum arbitrium semel attentasse, sibique arrogare voluisse; sed suffragantibus omnibus, illud eum Axelio Oxenstiernæ statim concessisse, notissi-

tissimum est. Non aliunde mihi arcessenda velim subsidia, quàm ex nummis, quorum duos, tanquam selectiores, quos ipse possideo, hîc adducere & recensere lubet. Unus memorialis est, & biennium post fata Gustavi Adolphi cusus. Adversa ejus pars continet Imaginem Axelii Oxenstiernæ pectore tenus expressam, notatamque literis F. G. ceu initialibus nominis Cælatoris (de quo in Germaniâ inquirendum exactiùs optarem) cum epigraphe: AXELIVS. OXENSTIERN. RERVM. SVECO-GERMANICARVM. ATLAS. Aversa Libertatem sistit, pileo ornatam, compedibus disruptis in terram decidentibus. Tum etiam Prudentia, cujus dextra speculum elevat, à dextrâ, & Fortitudo, cujus sinistræ columna innititur, á sinistrâ, illam stipant, manumque manibus illius jungunt. Supernè caput Gustavi Adolphi in nube effulget, subscripto lemmate: SIC DECVIT MEA FACTA SEQVI. Inscriptio inscriptioni partis adversæ connectenda: PRVDENTIA. ET. FORTITVDINE. POST. GVSTAVVM. MAGNVM. LIBERTATIS. VINDEX. Magnitudine æquat, & valore ferè superat Thalerum Imperialem. Alter nummus usualis est, Thalerus nempe Imperialis. Adversus effigiem ejusdem exhibet cum apposito infrà parvo scuto, in quo insignia Oxenstiernarum, duo cornua tauri, fronti adhærentia, cernuntur, cnm epigraphe: I. D. D. AXEL. OXENSTIERNA. L. B. I. K. D. I. F. T. E. R. SV. C. LEG. I. G. S. FOED. EV. DIR. i. e. *Illustrissimus Dominus, Dominus Axelius Oxenstierna, Liber Baro in Kimitâ, Dominus in Fiholm, Tidœn, Eques, Regni Sveciæ Cancellarius, Legatus in Germaniâ, Supremus Fœderis Evangelici Director.* Aversus sistit Leonem Svecicum coronatum, dextrâ gladium, sinistrâ Coronam gestantem, suprà radiante sole, in cujus circulo nomen extat tetragrammaton. Inscriptio: ROBORE. DIVINO. CORONATVS. VINCIT. LEO. Cælaturam & formam qui inspicit, facilè in Germaniâ cusum esse deprehendet; & si conferas alios, qui eo tempore formati sunt Augustæ Vindelicorum, non temerè judicabis, hunc & illos unum eundemque habuisse Cælatorem. Rarissimus is est & maximè memorabilis, quandoquidem nemo Procerum Svecorum, vel an-

te vel post Axelium, sub proprio suo nomine, ac propriâ auctoritate in Germaniâ, nedum in Sveciâ, cùm Regale esset, nummos evulgavit usuales: quanquam in honorem diversorum aliorum & hîc & illic varia publicata sint numismata. Et si quid nummorum usualium certis Personis illustribus, aut Civitatibus, aut Provinciis gratia Regia aliquando indulserit cudendum, id omne nomine & auctoritate Regis fieri & debuit & consueuit. Ultimum denique momentum in numismate Gustavi Adolphi, quod sententiam Cl. Tenzelii firmare videtur, ducitur ex appositione vocis *Secundus*, quam dicit titulo Regis Gustavi Adolphi, in nummis hîc in Sveciâ percussis, at nunquam in fabricatis apud Germanos addi solere. Ego verò (qui ferè omnes Regis illius Maximi nummos & numismata penes me servo) si exceperis illud, de quo sermo est, nullum adhuc conspexi aliud, vel foris vel domi cusum, in quo illi detur epitheton *Secundus*. Et si mihi talem, eumque vel minimum in Sveciâ percussum nummum aliquando monstraverit Vir ille Doctissimus, causâ lubenter cedam, & victus manum dabo. Non potuit latere aliquem in Germaniâ Virum Doctum, qui inscriptionis tam Augustæ & tam politæ Auctor fuerit, quod hic Gustavus Adolphus Rex Sveciæ fuerit ejus nominis *Secundus*, cùm paulùm ultra dimidium seculum illum præcessisset Gustavus *Primus*. Prolixiorem me jam factum esse comperior, quàm cogitaram, sed argumenti gravitas id à me, quodam quasi suo jure, exigere visa est.

T. XII. *N.* 3.

Effigies Regis caput lauro vincti, cum inscriptione: GVST. ADOL. D. G. REX SVEC.

Leo coronatus, stans in armorum congerie, dextro pede gladium strictum, lævo scutum cum Insignibus Svecicis, nec non palmæ ramum tenens. Inscr: ME SECVLA CANA CANENT.

Nummus exequialis Reginæ.

T. III. *N.* 4.

In

In medio, hæc lineis rectis extant verba: MARIA. ELEONORA. REGINA SVECIÆ. OBIIT 18. MAR. MDCLV. In limbo hæc leguntur: TERRA. CÆLOQVE. BEATA.

In medio hæ notæ, seu literæ singulariæ cernuntur: G. A. R. S. C. R. quas hocce ambit lemma: CONIVGE. ET. NATA. SINE. PARI.

Nummi Usuales Aurei.

N.

Rex cum coronâ, cataphractâ, & pallio totus conspiciendus, dextrâ sceptrum tenet, lævâ globum crucigerum, & mensæ adstat, in qua gladius & clavis decussatim juncti: caput ejus irradiatur à nomine Dei. Inscriptio exterior: GVSTAVVS. ADOL. D. G. SVE. GOT. VA. Q. REX. MAG. DVX. FIN. DVX. ES.|ING. D. Interior: GLORIA. ALTISSIMO. SVORVM. REFVGIO.

Scutum quadripartitum coronatum, cum Insignibus Sveo-Gothicis atque intermediis gentilitiis, circa quod minores clypei triginta, duplici serie conspicui, provinciarum insignia continentes. Valet 10. ducatos.

N.

Effigies Regis cum sceptro & globo. Inscr: GVSTAVUS. ADOLPH. D. G. SVEC. GOT. VANDQ. REX.

Scutum simile cum iisdem insignibus, quod duo Leones coronati sustinent; infrà annus 1620. Inscr: GLORIA. ALTISSIMO. SVORVM. REFVGIO. Valet 5. ducatos.

T. I. *N.* 1.

Capita Regis laureati & Reginæ jugata. Inscr: GVSTAVVS. ADOLPHVS. ET. MARIA. ELEONORA. REX. ET REGI. SVEC.

Duo Scuta ovalia, ornamento inclusa, quod Gallicè *cartouche* vocatur. In dextro apparent Insignia regnorum Sveciæ & Gothiæ, cum fasce gentilitio; in sinistro Brandeburgica. Superiori parti di-

cti ornamenti imposita est corona Regia, inferiori verò annexa sunt insignia Urbis, in qua nummus cusus est, Augustæ sc. Vindelicorum, additis utrinque duabus numeralibus notis anni 1632. Inscriptio: IN. SPEM. CONTRA. SPEM.

Valet hic nummus duos ducatos, & inter nummos sveticos unicus est, in quo vultus Regis & Reginæ jugati, nec non insignia Sveo-Gothica & Brandeburgica cernuntur conjuncta. Mysterii quid significare videtur inscriptio partis aversæ, sed quale id demum sit, ex historiæ monumentis eruendum venit. Anno 1632. d. 10. April. Augusta Vindelicorum, præsidio Bavarico egresso, in clientelam & fidem se dedit Svecis, & d. 14. ejusdem mensis juramentum fidelitatis præstitit Regi & regno Sveciæ. In hujus rei memoriam, eo ipso tempore cusus ibidem est hic nummus prorsus singularis, idque non sine consilio à Rege non minus prudente quam magnanimo factum esse credibile est; nam si verba inscriptionis: IN SPEM CONTRA SPEM, ut & præstitum fidelitatis jusjurandum paulò diligentiùs perpendas, facile perspicies, Regem, post hominum memoriam maximum, rem maximè arduam, at animo & victoriis suis parem (cujus tamen sucessum vitæ brevitas felicitati seculi præciderit) animo concepisse atque volvisse. Sed Germania tota, intentis ad hanc rem oculis & auribus, crescentem indies potentiam & fortunam Gustavianam, quæ sibi antea saluti fuerat, formidans, de suarum rerum rationibus seriò cogitare visa est, & quas olim crediderat causas belli à Svecis gesti & producti, suspectiores habere postmodùm cœpit.

N.

Facies Regis cum inscriptione duplici. Exteriori: GVST. ADOL. D. G. SVE. GOT. VAND. REX. M. P. FIN. D. ETH. CA. IN. Interiori: DEO. ET. VICTRICIBVS. ARMIS.

Scutum coronatum quadripartitum cum Insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Inscript: DVCATVS NOVVS REGIS SVECIÆ. 1631. Valet 2. Ducatos.

N. Effi-

N.


Effigies Regis laureà ornati, cum nomine tetragrammato superiùs. Inscript: GVSTAVVS. ADOLF. D. G. DES. REX. SVE.

Clypei tres separati, cum insignibus iisdem, quos superiùs corona ornat. Inscriptio valorem exprimit: XVI. SVENSKE MARK. 1615.

N.

Effigies Regis coronati: GVSTAVVS. ADOLF. D. G. REX. SVE.

Aversa, excepto anno 24. priori similis.



Rhombiformis fascem habens gentilitium coronatum, cum literis G. A. R. nec non X. M. quæ duæ ultimæ valorem Svecicum decem Marcarum indicant.

Nomen tetragrammaton in lumine radiato cum Anno 1626.

N.

Effigies Regis laureâ Coronâ caput redimiti, cum inscr: GVSTAV. ADOLPH. D. G. SVECO. GOTH. VANDALO. REX. MAG.

Scutum ovale coronatum & quadripartitum, cum Insignibus Sveticis, Gothicis & gentilitiis, addito Anno 1632. Inscriptio inscriptionem adversæ partis continuat: PRINC. FINLAND. DVX. ETHON. ET. CAR. DOM. ING. Ducatus.

T. I. *N.* 6.

Hinc Regis laureati imago: GVSTAVVS. ADOLPH. D. G. SVEC. GOTH. VAND. REX. M. P. F. D. E. E. C. I. DO.

Illinc Distichon: IN. PVGNIS. FVERAT. LEO. REX. GVSTAVVS. ADOLPHVS. PRO. DOMINI. MORIENS. MANSIT. HONORE. LEO. nec non Annus æræ Christianæ: 1632. Valet Ducatum.

T. I. *N.* 7.

Adversa faciem Regis habet, cum inscr: GVSTAVVS. ADOLPH. MAGN. D. G. SVECOR. REX. AVGVST. &c.

In aversâ rectis lineis inscriptum: STANS. ACIE. PVGNANS. VINCENS. MORIENSQVE. TRIVMPHAT. 1632. 6. Nov. Ducatum etiam valet.

T. I. *N.* 8.

Imago laureati Regis.

Corona & annus 1633. Infra hæc extant verba lineis rectis scripta: IOH. X. EIN GVTER HIRTE LESSET SEIN LEBEN FVR DIE SCHAFE. Inscriptio utriusque partis conjungenda: GVSTAV. ADOLPH. D. G. SVEC. GOTH. VAND. R. PR. FINL. DVX. ETHON. ET. CAREL. DOM. ING. Ejusd. Valoris.

N.

Icon similis.

Scutum coronatum quadripartitum cum insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. adduntur à latere signa 🜍 & ☿, & infrà annus 1634. Inscriptio eadem. Nummus valoris quoque ejusdem.

Nummi Argentei Usuales.

Rex



Rex laureâ, cataphractâ & pallio conspicuus, dextrâ gladium tenet, lævâ coronæ, cæterisque Regalibus in mensâ collocatis, imposita. Supra caput extat nomen Jehovah in lumine radiato. à latere additus nummi valor: 20. S. M. Inscr. duplex. Interior: GLORIA. ALTISSIMO. SVORVM. REFVGIO. Exterior: GVSTAVVS. ADOLF. D. G. SVEC. GOTH. VAND. Q. DESIGN. REX. PRINCEPS. HÆRED.

Scutum coronatum quadripartitum, cum Insignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis, quod ambiunt XXIX. clypei minores, duplici serie positi, cum Insignibus Provincialibus, addito superiùs Anno 1617.

Thaleri Imperiales. Stokholmenses.



Effi-

Effigies Regis coronati, cataphractique cum ſceptro & globo crucigero. Inſcr: GVSTAVUS. ADOLPH. D. G. REX. SVECORVM.

Redemtor generis humani, à latere habens ſcutum triplicatum coronatumque, cum Inſignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Inſcr: SALVATOR. MVNDI. SALVA. NOS. MDCXXXI.



Imago Regis laureati.

Scutum coronatum quadripartitum cum Inſignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Inſcriptiones combinatæ: GVSTAV9 ADOLPH9 D: G: SVECO: GOTHO: VANDALO: REX. MAG: PRINC: FINLAND: DVX. ETHO: ET. CAR: DOM: ING: 1632.

Rigenſis.



Effigi-

Effigies Regis coronati, enſem & globum manibus geſtantis. Inſcriptio: GUSTAVVS. ADOLPHUS. D. G. REX. SVECOR. GOT. V.

Inſignia Civitatis Rigenſ. cum Leonibus adſtantibus, ac ſuperimpoſito anno 1630. Inſcr: MONETA. NOVA. ARGENTEA. CIVITATIS. RIGENSIS.

Auguſtani.



Effigies Regis laureâ caput redimiti.

Scutum ovale coronatum quadripartitum cum Inſignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Addita infrà inſignia Urbis Auguſtanæ. Inſcriptiones combinandæ conveniunt cum illis, quas vides in Imperiali ſecundo Stokholmenſi.

N.

Similis, excepto anno 1631.

Osnabrugenſis.



Imago Regis laureati, additis verbis: ÆTATIS SVÆ 38.

Corona cum verbis infra ſcriptis: IOHAN. 10. EIN. GVTER. HIRT. LESSET. SEIN. LEBEN. FVR. DIE. SCHAFFE. OSNABRV. Inſcriptionum marginalium adunatio: GVSTA. ADOL. MAGN9 D. G. SVE. GOT. W. REX. AVGVST9. DVX. GLORIOSus. PIus. HEROS. TRIVMPHATOR. FELIX. 1633.

Elbingenſis.



Scutum coronatum quadripartitum, cum Inſignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis, quod duo ſuſtinent Leones coronati. Infrà annus 1628. Epigraphe: GVSTAVUS. ADOLPHVS. D. G. SVEC. GOTH. VAN. REX. M. D. F.

Scutum

Scutum ovale transversè bipertitum, cum duabus crucibus, unâ alteri impositâ. Epigraphe hæc est: MONETA: NOVA. CIVIT. ELBINGENSIS. 1628.

In prælium Lipsiense.



Adversam hæc verba faciunt: *Deo ter Opt. Max. Gloria & laus, qui Gustavo Adolpho, Svecorum, Gothorum, Wand: que Regi contra Cæsareanum ac Ligisticum exercitum victoriam tribuit ad Lipsiam die VII. Sept. Anno* M.DC.XXXI. cum inscriptione in margine: DIES. PURIM. EVANGELICOR· A. M. D. C. XXXII. VII. SEPT. ERFFURTI. CELEBRATI.


Nomen tetragrammaton in lumine radiato, cum verbis subscriptis: *Dextera Tua Domine percussit inimicum.* Inscriptio marginalis: A DOMINO MISSUS VIVAT GUSTAVUS ADOLPHUS.



 Adver-

Adversa, omissis in margine verbis, ferè eadem.

Aversa typum eundem habet, sine inscriptione marginali. Subscriptio: A. DOMINO. FACTVM. EST. ISTVD.



Effigies Regis, dextrâ scipionem, lævâ orbem crucigerum ferentis, addito suprà nomine tetragrammato. Inscript: D: G: GVSTAVVS. ADOLPHVS. SVEC. GOT. VAN. REX.

Clypeus coronatus & quadripartitus, serto laureo circumdatus, habens Insignia Sveo-Gothica & gentilitia, addito anno 1632. & Regis Symbolo castrensi : Gott mit uns.

Nonnulli horum Nummorum, quos proximè descripsimus, etiam minori pretio extant, nimirum dimidiâ & quartâ eorum parte cusi: qui cum & notâ & inscriptionibus cum majoribus illis conveniant, magnitudine duntaxat & valore diversi, operæ pretium non est, illos omnes hîc iterare.

Dimidius Thalerus Stokholmens.



Non

Non nisi magnitudine à primo laudatissimi hujus Regis Thalero differt.

Nummi Argentei Svecico Valore æstimati.



Effigies Regis Capite laureato, à nomine irradiati tetragrammato, atque dexterâ scipionem tenentis Imperatorium. Inscriptio interior: GLORIA. ALTISSIMO. SVORVM. REFVGIO. Exterior: GVSTAVVS. ADOLF. D. G. DESIGNAT. REX. SVECIÆ. PRINCEPS HÆ.

Tres clypei diversi unâ coronâ ornati, insignia ferentes Sveo-Goth. & gentilitia. Inscriptio valorem ac annum indicat: VIII. SVENSKE. MARKR. 1617.

N.

Magnitudine tantùm & valore, nempe IV. Marcarum, à proximè recensito diversus.



Pars adversa ab adversis Nummorum istorum octo & quatuor Marcarum haud differt, præterquam quod effigies scipione caret.

Neque aversa differt, nisi duarum Marcarum valore.

Exstant quoque hujusmodi Nummi, quorum alii unam valent Marcam, alii quatuor oras.

N.

Imago Regis coronâ, sceptro & globo conspicui. Inscriptio interior: GLORIA. ALTISSIMO. SVORVM. REFVGIO. Exterior: GVSTAVVS. ADOLPH. D. G. SVEC. GOTH. WANDAL. Q. REX.

Tres clypei, Svecicus, Gothicus ac gentilitius, cum superimpositâ coronâ. Inscr. VIII. SVENSKE. MARK. 1620.

Eodem typo etiam cusi sunt, qui IV. II. I. MARK. & IV. oras valent.

N.

Imago Regis coronati, cum sceptro in dexterâ & globo crucigero in lævâ. Inscriptio hæc est: GVSTAV. ADOLF. D. G. SVEC. GOT. V. REX.

Clypeus coronatus, tres Leones præferens, cum adscripto anno 1623. Inscr: MONETA. NOVA. CIVITAT. REVAL. IIII. M. SV.

Nummi Calmarienses.



Scutum coronatum cum insignibus gentilitiis, addito anno 1624.. Epigraphe: GVSTA. ADOLF. D. G. REX. S.

Scutum cum insignibus Regni Svec. Valor est 2. ÖR. Epigraphe: MONET. NOVA. CIVI. CALMAR.

Fa[illegible]is



Fascis gentilit'us cum literis G. A. R. Inscr: MONETA. NOVA. I. ÖRE.

Insignia Urbis, Leo sc. arcum tensum tenens. Inscr: CIVITAT. CALMAR. 1624.

Norcopensis.



Adversa similis.

Aversa Draconem habet. Inscriptio: CIVIT. NORCOPENSIS, addito anno 1626.

Gothoburgensis.



Fascis gentilitius, addito valore I. ÖR. Inscript: GVST. ADOL. D. G. REX. SVET.

Insignia Civitatis, cum inscriptione: MON. GOTHOBVRG. 1626.

Reva-

Revaliensis.



Fascis gentilitius, cum Siglis G. A. R. Inscr: MONETA. NOVA. 1625.

Scutum coronatum cum Insigni Urbis. Inscr: CIVITAT. REVAL.

Dimidia Ora.



Fascis cum literis G. A. R. & 1615.

Tres coronæ cum valore ½ öR. Inscr: MONETA. NOVA. REGNI. SVECIÆ.




Nummus bracteatus cum literis: G. A. R. S. & num. 8.

Nummi Cuprei.


Anno 1625. d. 9. Junii Rex publico Edicto monetam cupream introduxit, cujus tamen valor metalli pretium non excedit, sed ei exactè respondet, quamque dando pariter & accipiendo, trutinâ potius & bilance, quàm numeratione æstimarent. Consiabat autem illa cùm ex rotundis tum ex quadratis nummis.

Num-

Nummi Quadrati.




Literæ G. A. R. S. cum coronâ impositâ.
Fascis gentilitius, addito valore 2. ÖR. & anno 1625.




Insignia regni Sveciæ cum literis G. A. R. Infra annus additus 1625.

Clypeus cum Insignibus Dalarensibus & valore 1. ÖR.



Adversa eadem, excepto anno 1626.
Insignia Dalarensia, sine clypeo. Valor idem est.



Fascis gentilitius, cum literis G. A. R.
Aversa similis. valet ½ ÖR. Annus 25. additus.



Adversa eadem.
Tres coronæ, cum anno 1625. & valore I. F.

Rotundi Nycopenses.



Scutum quadripartitum coronatum, cum Insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Inscript: GVSTAVUS. ADOLPH. D. G. SVEC. GOTH. VAN. REX. M. P. F.

Gry-

Gryphus (insigne Provinciale) coronatus, cum addito valore I. ÖR. Inscr. MONETA. NOVA. CVPRE. NICOPENSIS. MDCXX7.



Nummus similis, valet ½ ÖR.



Fascis gentilitius, cum valore: I. F. & Epigraphe: GVSTAVUS. ADOLPH. D. G. REX. SVEC.

Gryphus coronatus, cum Epigraphe: MONETA. CVPRE. NICOPENS. 1629.

Arbogenses.



 Num-

Nummus quadratus, tres habens coronas cum literis G. A. R. & anno 1626.

Aquila expanſis alis (Inſigne Urbis) Inſcribitur: ARBOGA. Infrà valor additur I. ÖR.



Nummus rotundus ſcutum oſtendit coronatum quadripartitum cum Inſignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Inſcr: GVSTAVUS. ADOLPHVS. D: G. SVEC. GOTH. VAN. REX. M. D. F.

Inſignia Urbis cum valore: I. ÖR. Inſcript: MONETA. NOVA. CVPREA. CIVIT. ARBOGENSIS. 1627.



Tres coronæ inter anni deſignationem: 1627. Inſcriptio: GVSTAVVS: ADOLPHVS: REX: SVECIÆ.


Averſa priori ſimilis, ſed omiſſus annus.

Scutum



Scutum ovale coronatum, in quo tres coronæ extant & clypeus intermedius cum fasce gentilitio. Inscriptio: GVSTAVS. ADOLPHVS. D: G. SVEC. GOTH. VAN. REX. M. D. FL.

Insignia Urbis, cum inscript: MONETA. NOVA. CVPREA. CIVIT. ARBOGENSIS. 1627. ½ ÖR.



In adversâ Tres coronæ, cum literis singulariis G. A R. S.
In aversâ lineis rectis: ARBOGA. I. FYRK. 1627.

Dalarenses.



Scutum coronatum quadripartitum, cum Insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Inscriptio: GVST. ADOLP. D. G. SVEC. GOT. VAN. REX. M: P: F.

Insignia Dalarensia, nempè duæ sagittæ decussatim positæ, ac superiùs corona. Valor 1. ÖR. Inscript: MONETA. CVPREA. DALARENS. M.D.C.X.XXI.




Eodem typo cusus dimidiam valens oram.



Fascis gentilitius, cum valore I. F. Inscr: GVSTAVUS. ADOLPHVS. D. G. REX. SVEC.

Insignia Dalarensia cum anno 1628. Inscr: MONETA. NOVA. CVPRE. DALAREN.




Clypeus

Clypeus coronatus quadripartitus, insignia præferens Svecica, Gothica atque gentilitia. Epigraphe: GVSTA. ADOLP: D. G. SVEC. GOT. VAN: REX.

Insignia Dalarensia, cum adjuncto valore: I. CREUTZ. Epigraphe: MONETA. CUPREA. M.DC.XXXII.

Säterensis.



Tres coronæ, inter literas G. A. R. Subjunctus annus 1629.

Insignia Dalarensia, addito valore I. ÖR. & loci nomine: SÄTER.

Hunc eximiæ raritatis Nummum peramanter mihi donavit Kederus meus.

CHRISTINA.

A. 1650.

Exstant multa literatissimæ Christinæ Reginæ Numismata, inque iis perelegantia, ea videlicet, quæ Præstantissimi Galli *E. Parise* scito cælo accepta referimus. Ex Romanis hujus Reginæ pleraque ærea sunt; ob perennitatem suam ipsis anteferenda aureis & argenteis. Etenim dum hæc, propter pretium suum, ab hominibus turpi lucro inhiantibus avidè colliquefacta, paulatim abolentur & evanescunt: interim illa metalli vilitate ab interitu vindicantur, integraque & salva in seram posteritatem feliciter perpetuantur.

Num-

Nummi Symbolici ſ. honorarii. Inaugurales.

CHRISTINÆ T. I. *N.* 1.

Caput Reginæ laureatum, cum inſcriptione: CHRISTINA REGINA.

Manus, Coronam tenens Regiam, è nubibus exſerta. Subſcriptum: AVITAM. ET. AVCTAM.

Extant hujus generis Nummi tam aurei, quàm argentei, & magnitudine quidem triplici.

T. I. *N.* 2.

Adverſus idem.

Averſus Fortunæ atque Spei habet typos (quales in antiquis Romanorum Numiſmatis occurrere ſolent) duas nempe Fœminas, quarum una ſtans, clavum, ſeu gubernaculum manu dexterâ, & cornu copiæ ſiniſtrâ tenet; altera ſuſpenſo incedens gradu, dexterâ herbam præfert, ſtolamque lævâ aliquantulùm attollit.

T. I. *N.* 3.

Adverſus idem.

Averſus Deam galeatam exhibet, quæ ferreo inſidens thoraci, victoriolam dexterâ tenet, lævâ clypeo innixâ.

Varii.

T. I. *N.* 4.

Caput Reginæ laureâ ornatum, cum epigraphe: CHRISTINA REGINA.

Tres Muſæ, quarum una lyram, altera barbiton, tertia librum habet. Inſcriptio: DVLCES ANTE OMNIA.

Hoc numiſmate teſtari voluit doctiſſima Reginarum, quàm ſibi ſemper placuerit elegantiorum literarum ſtudium, quantoque in pretio habuerit Viros eruditione celebres & non leviter tinctos.

T. II.















W. Swidde Sculp




CHRISTINA
REGINA


FATA
VIAM
INVENI
ENT


CHRISTINA·D·G· SVEC·GOTH·VANDQ·DE S·REGI·


ÆTHEREVM NVMEN
DIADEMATA
CELSA TVETVR


CHRISTINA


ΟΡΘΟΣ ΟΥΧΙ
ΟΡΘΟΜΕΝΟΣ

T. II. *N.* 1.

Caput laureatum. CHRISTINA. REGINA.

Labyrinthus. FATA. VIAM. INVENIENT. A. 1654.. cùm regno patrio Regina se abdicasset, casus humanos paulò altiùs perpendens, & quid de se fieret, incerta, hoc numisma curavit cudendum.

T. II. *N.* 2.

Imago dimidia Reginæ coronatæ, cum Inscriptione: CHRISTINA. D. G. SVEC. GOTH. VANDQ. DES. REGI.

Sedet Regina laureata super varia arma, lauri ramum dextrâ elevatâ, globum crucigerum lævâ tenens. Hinc turma Equitum citato cursu ruens; illinc Agricola cum bove aratore. Eminus à tergo Urbs. E cœlo Angelus advolat coronam ferens & sceptrum. Præterea dextera è nubibus exserta, strictum ferrum gerens. In summo sacrosanctum DEI Nomen. Inscriptio: ÆTHEREVM NVMEN DIADEMATA CELSA TVETVR.

Hic Nummus ovatâ est formâ.

N.

Reginæ coronatæ Effigies dimidia, cum Epigraphe: CHRISTINA. D. G. SVEC. GOTH. VAND. Q. REGINA.

Duo Angeli, sub sacrosancto DEI nomine radiato, volantes, alter cum sceptro in dexterâ, alter cum laureâ in sinistrâ, atque sustinentes, ille lævâ, hic dexterâ, intermediam Coronam Regiam, supra Clypeum, Insignibus Sveo-Gothicis ac gentilitiis conspicuum, ad cujus duo latera singulæ adstant mulieres, è quibus una, cui oculi fasciâ obligati sunt, manu dexterâ gladium, sinistrâ Palmæ ramulum gerit; altera verò in dexterâ Palmæ ramulum inque lævâ Sagittam serpente involatam tenet. Inferiùs comparent Notæ H. W. Epigraphe: ET. PRINC. HÆR. MAG. PRINC. FINL. DV. ESTON. ET. CARELI. INGRI. DOM.

N. ovali est formâ.

T. II. *N.* 3.

Caput Reginæ cum nomine: CHRISTINA.

A a Nor-

Norma seu Regula, cum Inscriptione: ΟΡΘΟΣ ΟΥΧΙ ΟΡΘΟΜΕΝΟΣ.

T. III. *N.* 1.

Comitia, ubi Regina coronata, inque solio Regio constituta, sceptrum manu tenet, adstantibus ei à dextrâ quinque regni Senatoribus Primariis cum signis Regalibus; à lævâ quatuor viris, regni statum quadruplicem exhibentibus. Inscriptio: IMPERIVM PROLES GVSTAVI MAXIMA MAGNI SVSCIPIT INNVMMERIS VIVAT CHRISTINA TRIVMPHIS.

Pugna navalis inter Svecos Danosque; illis superioribus. Inscr: AVGVSTÆ PRENDIT DVM SCEPTRA POTENTIA LAVRO CINGIT SACRATVM BALTICA PVGNA CAPVT. 1644.

T. III. *N.* 2.

Caput Reginæ galeâ lauro cinctâ tectum, atque nomen CHRISTINA.

Eadem galeata stans & Minervam Deam referens, dextrâ laurum prope positam prehendit, & sinistrâ lauri ramum gestat. Lemma: REPERTRIX. Ferunt laurum, vatum symbolum, olim repertam primùm fuisse in Æmoniâ apud Tempe: cumque Regina Christina omnis generis literas, scientias & artes hoc in Regno prima excoluerit, & ad stuporem usque promoverit, non immeritò illarum *Repertrix* salutari potest. Viros eruditionis variæ & consummatissimæ, ut Grotium, Salmasium, Vossium, Heinsium, Bochartum, Junium, Cartesium, aliosque præmiis honorificentissimis huc allexit, plures invitavit. Similiter excellentissimos totius Europæ, in omni genere, artifices, huc evocatos, liberalissimè sustentavit; horum aliquos, quorum nomina mihi incidunt, recensebo. Exemplo sint, E. Parise, Gallus, qui Numismatum cælaturâ Romæ inclaruerat; Cooper Anglus & David Beck, Pictores excellentissimi, alter quidem in picturâ miniatâ, & alter in pigmento, quod vocant, oleario; Jeremias Falk, Polonus Chalcographus, qui omnes ferè Regni, qui tunc erant, Senatores in ære sculpsit. Omnes & singulos enumerare, nimis operosum foret.

T. III.


IMPERIVM PROLES GVSTAVI MAXIMA MAGNI SVSCIPIT INNVMERIS VIVAT CHRISTINA TRIVMPHIS


AVGVSTÆ PRENDIT DVM SCEPTRA POTENTIA LAVRO CINGIT SACRATVM BALTICA PVGNA CAPVT 1644




REFERTRIX


CHRISTINA




CHRIST.D.G.SVE.
GOT.VAND.Q.REGIN.


ALI
UNDE


REGINA.
CHRISTINA.


ΜΑΚΕΛΩΣ
1665


GOTH VAND
REGINA


E FUNERE NATA
PHOENIX
GUSTAVI

T. III. *N.* 3.

Caput galeatum & lauri ramus, cum nomine: CHRISTINA: Solis imago, totam occupans aream.

T. IV. *N.* 1.

Effigies Reginæ laureatæ cum inſcr: CHRIST: D: G: SVE: GOT: VAND: Q: REGIN:

In regione amœnâ Lilium prodit inſigne, ſuper quod duæ è nube manus demittunt prægrandem coronam, ſuperiùs poſito nomine Dei ſacroſancto, radios ſolares circumſpergente, additoque lemmate: NON ALIUNDE.

Cùm Lilium ſit flos immaculatus omniumque maximè candidus, id ſibi, thalamos maritales aſpernanti, applicare voluit Regina Virgo. Cùmque natura in ipſo lilii flore coronam quaſi celaverit, ambientibus illum aureis quibusdam ac venuſtis filis, non incongruè illi datur hoc lemma: *Meruit candore coronam.* Nec injuriâ lemma hoc ſibi vindicavit Regina eruditiſſima, omniumque ſcientiarum artiumque, quas hîc mirificè & ornavit & auxit, Patrona. Poſt numiſma Sigerodianum, de quo ſuprà, maximum hoc eſt inter omnes Sveonum nummos Symbolicos ſeu honorarios; argenteum enim pondere æquat duodecim Imperiales.

T. IV. *N.* 3.

Imago Reginæ, gemmis pretioſiſſimis & coronâ ornatæ. Inſcript: CHRISTINA. D.G. SVEC. GOTH. VANDQ. DES. REGINA.

Solis Avis coronata, in ſublimi rupe conſtituta, è rogo, quem Sol incendit, reſurgens. Inſcr. PHOENIX PHOENICIS GUSTAVI E FUNERE NATA.

Guſtavus Adolphus ex Guſtavianâ Familia ſuperſtes, in pugnâ Lutzenſi glorioſiſſimè occubuit, unicamque reliquit Filiam Chriſtinam regni Hæredem. Cumque ille in nummo funebri, quem vide ſ. l. aſſimilatus fuerit Phœnici, hæc Phœnicis quoque nomine haud incongruenter hîc ornata & honorata eſt.

T. VI. *N.* 2.

Regina in ſolio ſedens, coronâ, ſceptro ac orbe crucigero conſpicua; infrà cernitur ſcutum, duabus clavibus decuſſatim poſitis inſignitum. CHRISTINA. D. G. SVEC. GOTH. VAND. Q. REGINA.

Clypeus qvadripartitus, cvm Inſignibus Sveticis, Gothicis ac gentilitiis, lauri atque palmæ ramis incluſus & condecoratus. PAX. IN. CHRISTINÆ. PRO. CHRISTO. GERMINAT. ARMIS.

T. VI. *N.* 1.

Icon Reginæ: CHRISTINA. D. G. SVEC. GOT. VAND. Q. D. (i. e. Deſignata) REGINA.

Pyramis erecta, apice pomum crucigerum ſuſtinens, cui per coronam ambientem annectitur gladius & ſceptrum decuſſatim juncta, quamque pedibus anterioribus tangit inſiliens leo, cui manus è nube prodiens lauream imponit coronam. NON. EGO. GVSTAVO. SEQVOR. INFERIORA. PARENTE.

Videtur hoc numiſma deſignare continuationem belli Germanici, ſub Reginâ Chriſtinâ, unamque aut alteram per Svecos Duces & Officiarios, illius auſpiciis, reportatam victoriam, cùm Leo Svecicus ſerto laureo ornandus hîc conſpiciatur.

T. V. *N.* 1.

Effigies Reginæ inter palmæ & lauri ramos: CHRISTINA. D. G. SVE. GOT. VANQ. REGINA. ET. PRINC. HÆ. M. D. F.


Manus duæ è nube prominentes, quarum altera cornu copiæ inter lauri ramos, altera labarum tenet, cum pendente enſe. In ſummo יהוה radians. ET BELLO ET PACE TRIVMPHAT. ANNO 1645.

T. VI. *N.* 3.


Pax ramum olivæ & Juſtitia gladium cum bilance, dextris gerentes, intermedium orbem crucigerum lævis ſuis ſuſtentant. Su-

per













Elias Brenner pinx. et sculp




CHRISTINA D:G: SUEC: GOT: VAND: Q: D: REGINA


NON EGO GUSTAVO SEQUOR INFERIORA PARETE


CHRISTINA D: G: SUEC: GOTH: VAND: Q: REGINA:


PAX IN CHRISTINÆ PRO CHRISTO GERMINAT ARMIS:


INNUMERIS POTIORUM VIAT PAX UNA TRIUMPHIS ET THEMIS IMPERIUM MARTE IACENTE REGAT
יהוה
PAX
PAX


PAX
AQUILÆ CUM AQUILONE
SEU
UNIVERSI ROMANI IMPERII
CUM
REGNO SUECIÆ
CONCLUSA ET PUBLICATA
OSNABRUGI S WEST
PHALORUM
ANNO PACIFERO
MDCXLVIII








per illas volant duo Angeli, suam uterque buccinam inflantes, ex qua exit vox PAX, interque eos in schedâ, quam tenent, legitur lemma: CANDIDE ET CONSTANTER. In summis cernitur nomen Dei tetragrammaton. Pedibus Pacis & Justitiæ prostrati bellatores, cum armis, conculcantur. Eminus apparet Urbs, qua designatur Osnabrugum. Inscriptio: INNVMERIS. POTIOR. VIVAT. PAX. VNA. TRIVMPHIS: ET. THEMIS. IMPERIVM. MARTE. IACENTE. REGAT.

Inter duos ramos olivæ, in areâ nummi, lineis rectis, hæcce inscriptio: PAX. AQVILÆ. CVM. AQVILONE. SEU. VNIVERSI. ROMANI. IMPERII. CVM. REGNO. SVECIÆ. CONCLVSA. ET. PVBLICATA. OSNABRVGIS. WESTPHALORVM. ANNO PACIFERO. MDCXLVIII.

T. V. *N.* 2.

Simulacrum pacis, dextrâ Oleæ ramum, sinistrâ tubam ori admotam tenens, pedibusque varia armorum genera conculcans. Inscriptio:

Des friedens stim jetzt hoch erfreüt/
Was unfried hat zu vor zerstreüt.
Der friede alles wieder ehrt/
Was unfried sehr hatte verkehrt.
Ach HErr/ gib daß der friedenstand
Das regiment behalt im land!

In aversâ hæc lineis rectis extant verba:

Das sechszehn hundert achtzehnd Jahr
In Unfried Teutschland setzet gar/
Bis Gott/ der wahre frieden held/
Stadt Osnabrüg und Münster wehlt;
Daß da der hohen häupter rath
Den friden suchten früh und spat:

Mit welchen er auch worden ein/
Das sechzen hundert virzig neün
Mit frid daß Teutsche Reich erfreun.
Auf gebet Gott die ehr allein!

T. V. *N.* 3.

Caput Reginæ laureâ decoratum coronâ. CHRIST. D. G. SVE. GOT. VANDQ. REGIN.

Clypeus ovatus, cum Insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis, quem triginta minores clypei, unâ serie positi, ambiunt, totidem Provinciarum Insignia præferentes. Lemma additum: LATE. CHRISTINA. REGIT.

Numismata Romæ fabricata.

T. IV. *N.* 2.

Caput Reginæ cum casside laureatâ & cincinnis dependentibus. Inscript: CHRISTINA REGINA.

Phœnix in rogo, à solis radiis incenso, cum lemmate: ΜΑΚΕΛΩΣ.

Vox hæc Svecica, sed Græcis scripta literis, idem significat ac *sine pari*, seu *incomparabilis.* Qua ingeniosissima Regina, festivè per jocum ludumque exercuit Italos, eam, quasi Græcam, aliter atque aliter interpretantes.

Occurrit etiam hujus typi, sed leviter immutati, Numisma minus.

T. VII. *N.* 1.

Imago Reginæ, capite laureâ ornato. CHRISTINA REGINA.

Leo stellatus, seu cœlestis, cum Orbe, gubernaculo ac cornu copiæ. FORTIS. ET. FELIX. Notarum G. D. quæ in imo comparent, sensus est: *Gloria DEO.*

T. VII. *N.* 2.

Ad-

NVMISMATA
CHRISTINÆ R.
ROMÆ
CVSA.














ROMÆ CVSA


REGINA CHRISTINA


NON FIT MINOR
TAMEN INDE


ET SINE TE


NEC FALSO NEC ALIENO


NON SVFFICIT


SVFFICIT



Adversa eadem.

Victoria alata, orbi terrarum uno insistens pede, dextrâ elevatâ sertum laureum, lævâ demissâ palmæ ramum tenet, addito lemmate: VICTORIA MAXIMA.

T. VII. *N.* 3.

Effigies Reginæ. Inscr: CHRISTINA REGINA.

Fœmina telum dextrâ gerens, sinistrâ quatuor Leones ducens, uno freno junctos. Inscriptio: NEC. SINIT. ESSE. FEROS. Infrà: S. D. G. i. e. *Soli Deo Gloria.*

T. VII. *N.* 4.

Adversa similis.

Roma galeata cristataque inter varia armorum genera sedens, dextrâ victoriolam, sinistrâ hastam tenet. Inscr: POSSIS. NIHIL. VRBE. ROMA. VISERE. MAIVS.

Exstat & aliud Numisma, ab isthoc non nisi aversæ partis inscriptione discrepans, hac nempe: HIC AMOR HÆC PATRIA.

T. VII. *N.* 5.

Adversa eadem.

Orbis terrarum. NE. MI. BISOGNA. NE. MI. BASTA. Inferiùs G. D.

T. VIII. *N.* 1.

Caput Reginæ laureatum. Inscr: CHRISTINA REGINA.

Sol in apogæo, cum lemmate: NON FIT TAMEN INDE MINOR. Quo illa innuit, se, deposito regno, Patriæ valedicturam, nihilominus esse Reginam, ac sol est sol, ubicunque locorum moretur.

T. VIII. *N.* 2.

Reginæ caput laureatum à sinistrâ parte visibile. CHRISTINA.

Corona Regia, cum lemmate: ET. SINE. TE.

T. VIII.

T. VIII. *N.* 3.

Imago Reginæ. CHRISTINA REGINA.

Sol cum lemmate: NEC FALSO NEC ALIENO.

T. VIII. *N.* 4.

Adverſa eadem.

Orbis terrarum, adſcripto lemmate: NON SVFFICIT.

T. VIII. *N.* 5.

Adverſa eadem

Globus ſtellatus ſeu cœleſtis, cum Voce: SVFFICIT.

T. IX. *N.* 1.

Imago Viri ad pectus usque expreſſa. ALEXAN. VII. PONT. MAX. A. III.

Chriſtina inter duos Cardinales, per Portam Flaminiam (à Papâ Alexandro Septimo in Reginæ honorem, magnificè ac ſumtuoſè inſtauratam) inequitans in Vrbem. FEL. FAVS. Q. INGRES.

T. IX. *N.* 2.

Effigies Reginæ, capite laureato. CHRISTINA. REGINA.

Fœmina humi jacens, avolante Gallo, à manu è cœlo porrectâ ſublevatur. A. SOCIO. DERELICTA. A. DEO. RESTITVTA. SVETIA.

T. IX. *N.* 3.

Adverſa pars ſimilis.

Leo humi cubans, erecto capite. CONFIDENTER. ET. SOLVS.

T. IX. *N.* 4.

Adver-

NVMISMATA
CHRISTINÆ REGINÆ
ROMÆ CVSA













E. Brenner delin et sculp 1710



Adversa eadem.

Manucodiata, cum lemmate: MI. NIHIL. IN. TERRIS.

T. IX. *N. 5.*

Adversa similis.

Manucodiata, cum verbis: LIBERO I NACQVI E VISSI E MORRO SCIOLTO.

Inter honorarios Christinæ Nummos hoc loco sanè commemorari meretur ille, cujus fabricandi occasio è Monumento Augustissimæ Reginæ sepulchrali nata est. Commemorabitur autem verbis, quæ nobis suppeditat *Thesaurus (Norimbergensis) Numismatum modernorum hujus seculi*, sub Anno 1705. pp. 538. & 539.

Pontifex Romanus hoc Anno (1705) *assiduus erat in frequentandis quotquot ferè Romæ numerantur, Templis, ut precibus ibi vacaret, ac Numinis Divini gratiam, pro impetrandâ compositione amicâ bellorum & contentionum, quibus inter se Europæ Magnates acerrimè commovebantur, exoraret. Cum itaque aliquando Divi Petri, quæ in Vaticano est, Basilicam toto orbe celeberrimam intrâsset, fortè oculis ejus offerebatur sepulchrum, quo Sveciæ quondam Regina, Magni Gustavi Adolphi filia, A.* 1689. 19. *Aprilis Romæ defuncta, condita fuerat, nullo imposito Monumento, quo præ aliis dignosci posset. Subiit tum Pontificis animum recordatio clementiæ & bonitatis, qua Regina superstes eum, uti alios quoque bene multos eruditione & sapientiâ præstantes Viros, dignata. Vt igitur in hoc dignitatis supremæ fastigio pietatem suam ostenderet, imaginem Reginæ ex ære fusam serto artificiosè circumdatam, inque basi decenter collocatam, sepulchro ejus imponi curavit. Qua occasione Numisma quodpiam, nunc recensendum, editum est.*

N.

Pontifici mitrâ & Episcopali suppare (quod Italicè *Rocchetto* nuncupatur) *conspicuo additur titulus: CLEMENS. XI. PONTIfex MAXImus. Subjectum est Nomen Medaliatoris*, I. HORTulani.

In aversâ Pietas, ad cujus pedes Diadema Regium cum Sceptro, pulvino impositum, cernitur, manuum sinistrâ ardentem cereum torquemque aureum, appenso Numismate iconico, ferens, columnæ humili

 admo-

admodum, signoque XP Christianis veteribus, inde à Constantini Magni ævo, ad Servatoris nomen indicandum familiari notatæ adstat. In hujus summitate etiam Lucerna sepulchralis ardens se offert. Quibus, tanquam hieroglyphicis, perennis neque unquam interitura Reginæ memoria & Nomen immortale significatur. Dextrâ Pietas Christinæ imaginem ex ære, serto inclusam, ramisque Palmæ incumbentem, Sepulchro Artificis Monogramma referenti, imponit. Epigraphe est: MEMORIAE. CHRISTINAE. AVGVSTAE. Infrà legitur: PIETas PONTificis Maximi.

Nummi Aurei Usuales.

Stokholmensis.

N.

Effigies Reginæ, serto palmeo pariter & laureo inclusa.

Scutum quadripartitum coronatum, cum Insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Inscriptio utriusque faciei conjungenda: CHRISTINA. D. G. SVEC. GOTH. VAND. REGINA. PR. FINL. DVX. ETHON. ET. CAREL. DOM. ING. 1646. Valet 2 Ducatos.

Rigensis.

N.

Effigies Reginæ coronatæ, cum inscriptione: CHRISTINA. D. G. SVE. GOTH. VANQ. REGINA. ET. PRINCEPS. HÆ. M. D. F.

Insignia Urbis cum Anno 1646. Inscr: EX. AVRO. SOLIDO. REGIA. CIVITAS. RIGENSIS. FIERI. F. Valet 3. Ducatos.

Revaliensis.

N.

Effigies similis, hac circumdata epigraphe: CHRISTINA. D. G. SVEC. GOTH. VANDQ. REGINA.

Insi-

Insignia Urbis in scuto ovali coronato, cum anno 1650. Inscriptio: NVMMVS. AVREVS. CIVITAT. REVALIENS. Valet 1. Ducat.

Pomeranus.

N.

Effigies eadem. Inscr: CHRISTINA. D. G. SVE. GO. VANDQ. DE. R.

Insignia Pomeraniæ. Inscr: MONETA. NOVA. DVCA. POMERANIÆ. 1646. valet 1. Ducat.

Moguntinus.

N.

Icon Reginæ, quam Angeli duo coronant. Inscriptio: CHRISTINA. D. G. REGINA. SVECIÆ.

Scutum coronatum quadripartitum, cum Insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Inscr: MONETA. AVREA. CIVITATIS MOGVNTIÆ. Valet. 2. Duc.

Thaleri Unciales.

Stokholmenses.



Regina adstans mensæ, Regalibus instructæ. Inscr: CHRISTINA. D: G: SVE. GOT. WAN: Q: DE: RE: ET. PR: HÆ.

Redemtor generis humani, cui à dextris additus clypeus triplex coronatus, cum insignibus Sveo-Goth. & gentilitiis. Inscriptio: SALVATOR. MUNDI. SALVA. NOS. M.DC.XL.



Effigies Reginæ coronatæ, quam hæcce ambit Inscriptio: CHRISTINA. D: G: SVEC. GOTH. VAND. REGINA.

Scutum coronatum quadripartitum, cum Insignibus Sveo Gothicis & gentilitiis. Inscriptio verba adversæ partis excipit: PR. FINL. DVX. ETHON. ET. CARE. DO. IN. 1645.

Rigensis.



Effigi-

Effigies similis. Inscr: CHRISTINA. D: G: SVE: GOT. VANQ: DE: REG:

Insignia Urbis cum anno 1644. Inscr: MON: NOVA: ARGENT: CIVIT: RIGEN:

Revaliensis.



Icon Reginæ coronâ decoratæ, cum Epigraphe: CHRISTINA. D: G. SVEC. GOTH. VAND. Q. REGINA.

Scutum ovale coronatum, cum Insignibus Urbis, addito Anno 1652. Inscr: NVMMVS. ARGENT. CIVITATIS. REVALIENSI.

Dimid. Thal. Stokh.

N.

Effigies Reginæ, cum inscriptione: CHRISTINA. D. G. SVE. GO. VAQ. DES. RE. ET. P. H.

Salvator mundi, cum Insignibus atque inscriptione, sicut antè.

Marcæ Svecicæ.

N.

Effigies Reginæ directâ fronte: CHRISTINA. D. G. SVE GOT. WAN. Q. DE. REG. ET. PR. HÆ.

Scutum coronatum Sveo-Gothico-Gentilitium. Additus Valor: 4. M. Inſcr: MONETA. NOVA. ARGENT. REGNI. SVECI. M.DC.XLVI.

N.

Caput Reginæ laureatum. Inſcr: CHRISTINA. D. G. SVE. GOT. VAND. Q. REGINA.

Typus ſimilis cum eodem valore. Inſcr: MONETA. NOVA. ARG. REG. SVEC. M. DC. XLVII.

N.

Regina adſtans menſæ Regalibus inſtructæ. Epigraphe: CHRISTINA. D. G. SVE. GOT. WAN. Q. DES. REG. ET. PR. HE.

Clypeus coronatus, cum Inſignibus conſvetis, additus valor: FYRA. MARK. Epigr: MONETA. NOVA. ARGENT. REGN. SVEC. M. DC. XXXVIII.

N.

A primo iſto Marcarum Nummo magnitudine ac valore: 2. M. diſtat.

N.

Hic à ſecundo illo Marcar. Nummo, magnitudine, valore: 2. M. & anno: M.DC.L. diſcrepat.

N.

Hic tertio, ſi magnitudinem dimidiam atque valorem: TVÅ MARK. excipias, perſimilis eſt.



Caput

Caput Reginæ laureatum. CHRISTINA. REGINA.
Tres Coronæ, addito Valore: II. M.

N.

Caput laureatum, cum Epigr. CHRISTINA. D. G. SVE. GO. VAN. Q. REG.

Clypeus coronatus, cum Insignibus crebrò memoratis, inter valorem: I. M. Epigraphe: MON. NO. ARG. REG. SVEC. M.DC.XLVIII.



Caput laureatum. CHRISTINA. REGINA.
Tres coronæ, addito valore: I. M.

Oræ.

N.

Regina adstans mensæ, in qua Corona est posita, manu sinistrâ Globum tenet crucigerum. Inscr: CHRISTINA. D. G. SVE. GO. WAN. DES. RE. E. PR. H.

Scutum coronatum ordinarium, addito valore: 8. ÖR. Inscr. MONETA. NOVA. ARGENT. REGNI. SVE. 1634.



Scutum

Scutum coronatum cum fasce gentilitio & tæniis. Adjicitur annus 1634. Inscr: CHRISTINA. D: G. DE. RE. SVE.

Clypeus cum tribus coronis. Valor est: I. ÖR. Inscr: MONETA. NOVA. REGNI. SVEC.

N.

Clypeus coronatus cum Fasce ac tæniis. Ann. 1636. atque Valor: I. ö. Epigr: CHRIST. D. G. D. RE. SVE.

Leo Gothoburgensis. Epigraphe: MON. NOV. GOTHOBVRG.

Nummi cuprei.



Scutum quadripartitum & coronâ decoratum, cum Insignibus Sveo-Gothicis & gentilitiis. Inscriptio: CHRISTINA. D. G. SVE. GOT. WAN. REGINA. ET. PRI. HÆ.

Insignia Dalarensia, addito valore: I. ÖR. Inscr: MONETA. NOVA. CVPREA. DALARENSIS. M. DC. XLVI.



Tres


CAROLUS GUS TAVUS REX


A DEO ET CHRISTINA


CAROLUS GUSTAVUS X·D·G·SVEC·GOTH·VA·REX


A·DEO·ET·CHRISTINA·
1654


IUNGAMUR UT EVENIANT PROSPERA
.16.54.


IPSE FACIET.IN
SORS MEA

Tres coronæ inter literas C. R. S. i. e. *Christina Regina Sveciæ.*

Clypeus cum fasce gentilitio coronatus, cui additus Annus 1654. & valor ¼ öR.

Est & aliud monetæ cupreæ genus, quod hoc tempore primùm cœpit usurpari, & Plåtar vulgò dicitur; Nummi nempe formâ oblongâ & qvadratâ cusi, magno pondere, & proinde vix portabiles, quorum valor maximus fuit XXIV Thalerorum cupreorum: fuêre tamen & alii minoris pretii, videlicet XVIII. XII. VI. & III. ejusmodi Thalerorum.

CAROLVS GVSTAVUS.

A 1654.

Curiosis nonnulla etiam sunt Caroli Gustavi Numismata. Egregium est illud, manu etiam scitâ laudati Parisii elaboratum, ubi Corona Regi à Reginâ imponitur, verbaque leguntur: *A Deo & Christinâ.* Maximè autem emicat, ob admirabilem prorsus & memorandum eventum, gloriosum putà Maris Balthici transitum, cujus memoriam reddit immortalem, Numisma, cùm Breuerianum, tum Karlstenianum, cui eximium Epigraphe decorem conciliat: *Natura hoc debuit uni.*

Nummi Symbolici.

Inauguratio.

Caroli Gustavi T. I. *N.* 1.

Imago Regis ad dextram versa. Inscr: CAROLUS. GUSTAVUS. REX.

Sedet idem, clypeo dextrâ innixus, cui Regina stans coronam radiatam imponit, uterque Romano habitu indutus. In summo *Jehovah* radiosum. Inscript: A DEO ET CHRISTINA.

T. I. *N.* 2.

Ejusdem facies ad lævam versa. Inscriptio: CAROLVS GUSTAVUS X. D. G. SVEC. GOTH. VA. REX.

Corona clausa seu Regia. Inscript: A. DEO. ET. CHRISTINA. 1654.

Connubium.

T. I. *N.* 3.

Effigies similis.

Literæ C. G. H. E. (i. e. *Carolus Gustavus. Hedevich Eleonora*) connexæ, & coronâ Regiâ ornatæ, cum Anno 1654. Inscr: IUNGAMUR VT EVENIANT PROSPERA.

T. II. *N.* 1.

Effigies Reginæ coronatæ. Inscr: HEDVICH ELEONORA REGINA SVECIÆ.

Cor coronâ decoratum Regiâ, sub sacrosancto nomine *Jehovah.* Inscr: TIBI HINC COR ATQVE CORONA. 1654.

T. III. *N.* 3.

Capita coronata & jugata Regis & Reginæ. Inscr: CAROLO GUSTAVO ET HEDVIGI ELEONORÆ AUGG. REGG. SS.

Excelsa pyramis, ramis laureis ad summum usque circumdata: ad cujus basin Insignia Civitatis Rigæ posita, quæ Leones duo sustinent. Additus annus 1654. Ulterius pars maris Baltici, & in eo navis apparet, cum iisdem insignibus, tendens Holmiam, cujus Arx Regia eminus prospicitur. Lemma est: TE STANTE VIRESCO.


T. II. *N.* 2.

Effigies similes. Inscr: CAR. GUST. HEDW. ELEON. SVEC. GOT. VANQ. REX. R.

Duæ manus conjunctæ super varia armorum genera. Inscr: A DEO REGNANTIS CONIVGIVM INTER ARMA QVOQ. FELIX.

Sunt













Elias Brenner vin. et sculp
















Elias Brenner pinx et sculp


CAROLUS GUSTAV·D·G·SVEC·GOTH·VANDALORQ·REX


INVIA VIRTUTI NULLA EST VIA
AN° 1658
ROO SCHIL


STAT BASIS INCOLUMIS: QUAMVIS SPINOSA CORONA T.ELLURIS PELAGIQ·INTER INIQUA CADAT
SANCTE DEUS TITANQ·ORIENS·QUA REDDITA PATRI QUAMQ·OLEAM PRÆFERS NOMINE REDDE TUIS
CAROLUS GUSTAV·D·G·REX SVEC·NATUS NYK:ING 8 NOVEMB·1622·OBIIT GOTHOBURG·13 FEBR·1660


PRUDENTER ET FORTITER.

Sunt præterea plures aliâ atque aliâ formâ, rotundâ, ovali, majori minorique cusi, quorum altera facies Regem, altera Reginam cum solitis inscriptionibus exhibent, quos consultò omisimus.

Res gestæ.

T. I. *N.* 4.

Imago Regis, cum inscriptione solitâ.

Cymba sine remigio, ulloque apparatu navali, fluctibus jactata maris, Tropæum in medio pro velis gerit. Inscr: IN IEHOVAH SORS MEA IPSE FACIET.

Nummus quoque ovalis exstat hujus Principis, nondum Regis, à sequiore parte eodem isto typo atque Symbolo signatus; à principaliore autem hanc imagini additam exhibens Epigraphen: CAROLVS GVSTAVVS. D. G. PALAT. RHEN.

T. III. *N.* 2.

Caput Regis laureâ redimitum Coronâ.

Leo super gladium recubans, anteriore dextro pede palmæ ramum tenet, insultante ei à tergo cane. Lemma est: NON IRRITANTE QVIESCIT.

T. IV. *N.* 3.

Effigies Regis, capite coronatô. CAROLO-GVSTAVO. D. G. SVECORVM. GOTH. VAND. REGI.

Vrbs Rigensis, citraque eam ejusdem Insignia, quæ bini sustinent Leones, atque supra illam Angvis, Sceptrum & Ensem suo involvens complexu: PRVDENTER. ET. FORTITER.

T. III. *N.* 1.

Effigies Regis capite laureato, cum Inscriptione: CAROL. GUSTAV. D. G. SVE. GOT. VAND. REX.

Exercitus Svecicus ex Fioniâ insulâ in Selandiam per mare

congelatum transiens. Lemma additum: NATVRA HOC DEBVIT VNI.

Hic Nummus, venerandâ CAROLI. XI. in Parentem pietate, per Nobilissimi Karlstenii manum elegantissimè, atque duplici quidem formâ, restitutus est. In imo Majoris prætereà inscriptum: TRANSITVS. GLORIOSVS. MARIS. BALTICI. D. 7. FEB. A. 1658. In imo Minoris notæ duntaxat exstant numerales Annum designantes: 1658.

T. IV. N. 1.

Imago Regis cum inscriptione: CAROLVS GUSTAV. D. G. SVEC. GOTH. VANDALORQ. REX.

Idem equo vectus scipionem dextrâ tenet. Eminus *Roschildia* Daniæ Urbs conspicitur. Inscr. INVIA VIRTUTI NVLLA EST VIA. ANº 1658.

Pietatem Summi Regis, *Pacis amorem* & *bellicam Fortitudinem* ac *Prudentiam* incomparabilem non quidem multi nummi, plures tamen loquuntur Annales, nec de iis ulla unquam ætas conticescet. Imprimis verò in ore omnium est memorabilis ille per Mare Balticum transitus, cui in omni historiâ nihil par est, nihil secundum.

Mors.

T. IV. N. 2.

Adversâ eadem.

Columna solida, cui cranium humanum impositum, duplici coronâ, aureâ & superiori spineâ ornatum, vacillans tamen & ad casum inclinatum. E nube manus protenditur cum clypeo & ramo oleæ. Superiùs nomen Dei tetragrammaton in lumine radiato. In terrâ Exercitus apparet: eminus mare cum classe, ultra quod sol oriens. Verba tribus continentur gyris. Primo hæc:

STAT BASIS INCOLUMIS: QVAMVIS SPINOSA CORONA
TELLVRIS PELAGIQ. INTER INIQVA CADAT.


Altero:

SAN-


ÆTERNAM SIBI RESERVAVIT:


CAROLUS
GUSTAVUS REX
SVECIÆ: CAROLO
FILIO REGI HÆREDI
TRAD:
OBIIT XII FEBR M DC
LX VIXIT ANNOS
XXXVII M III D VI
REGNAVIT ANNOS
V M VIII
D VI


INDOMITUS PRO PACE QVIEVI


CAROLUS GUS
TAVUS REX SVECI
NATUS VIII NOVEM
M DCXXII CORONA
TUS VI IUNII M DC
LIV DENATUS XII
FEBRVA M DC LX


CREVIMUS ISTO ENSE

SANCTE DEVS TITANQ. ORIENS QVÆ REDDITA PATRI.

QVAMQ. OLEAM PRÆFERS NOMINE REDDE TVIS.

Tertio:

CAROLVS GVSTAV. D. G. REX SVEC. NATVS NYKÖPING 8 NOVEMB. 1622. OBIIT GOTHOBURG. 13. FEBR. 1660.

T. V. *N.* 1.

Rex solio insidens coronam Filio Principi imponit in genua procumbenti. In cœlo manus cum coronâ conspicitur, adscripto lemmate: ÆTERNAM SIBI RESERVAVIT.

Sertum laureum cum quinque clypeis annexis, totidemque adscriptis lemmatis, quibus quid Clypeorum figuræ denotent, indicatur. Supremus seu primus Coronam præfert, quò pertinet Lemma: MAIESTATEM PVBLICAM. Secundus Gladium, cujus lemma est: CVSTODIAM LEGVM. Tertius Sceptrum, cui lemma datum: TVTELAM CIVIUM. Quartus Globum cum cruce; Lemma est: CVRAM RELIGIONIS. Quintus Clavem; Lemma est: VITAM IMPERII. In medio hæc lineis rectis extat inscriptio: CAROLUS. GUSTAVUS. REX. SVECIÆ. CAROLO. FILIO. REGI. HÆREDI. TRAD. (*Majestatem* nempe *publicam*, *Custodiam legum*, *&c.*) OBIIT. XII. FEBR. M.DC.LX. VIXIT. ANNOS XXXVII. M. III. D. VI. REGNAVIT. ANNOS. V. M. VIII. D. VI.

T. V. *N.* 2.

Manus cum Rhomphæâ, adversus sex alios gladios strictos, ab utraque parte imminentes. Inscr: INDOMITUS PRO PACE QVIEVI.

Aversa priori similis.

T. V. *N.* 3.

Adversæ hæc lineis rectis inscripta sunt: CAROLVS. GUSTAVUS. REX. SVECI. NATUS. VIII. NOVEM. M.DC.XXII. CORONATUS. VI. JUNII. M.DC.LIV. DENATUS. XII. FEBRVA. M. DC. LX.

Tres coronæ cum subjacente gladio evaginato. Lemma est: ISTO CREVIMVS ENSE.

Regni Administratio vicaria.

T. II. N. 3.

Imago Reginæ cum inscript: HEDEWIG ELEONORA. D. G. REGINA SVECIÆ.

Eadem stans Gubernaculum navis, quod quinque manus simul tenent, regit dextrâ, lævâ Anchoram sustinet. Inscr: IPSE IEHOVAH FACIET. & infrà: MATER AVGVSTA.

Natalis LXXIV. Reginæ.

N.

Effigies Reginæ, cum Epigraphe: HEDW. ELEON. CAROLOR. REGVM. CONIVX. MATER. AVIA.

Fœmina turrita, stans, dexterâ lauream, sinistrâ clypeum, tribus insignitum Coronis, tenens. Superiùs: LAETITIA. PVBLICA. Inferiùs: OB. PIÆ. REGINÆ. ÆT. ANN. 74. FEL. INIT. D. 23. OCT. A. 1709.

Nummi Vsuales Aurei.

Stokholmenses.

N.

Effigies Regis cum inscr: CAROLVS. GVST. X. D. G. SVEC. GOT. VAN. REX.

Scutum quadripartitum coronatum cum Insignibus Sveo-Gothicis, in cujus medio minor extat clypeus cum Insign. Domûs Palatinæ Gent. Inscr: IN IEHOVAH SORS MEA IPSE FACIET. 1658. Valet 1. ducatum.

N.

Effigi-

Effigies ſimilis. Inſcr: CAROLVS. GVSTAVVS. REX. Tres Coronæ cum anno 1658. Valet 2 Ducat.

Pomeranus.

N.

Effigies eadem cum inſcr: CAROLVS GVSTAVVS D. G. REX SVE. DVX STE. P.

Inſignia Pomeraniæ cum Epigr: MONET. NOV. AVR. DVCAT. POMER. 1658. Valet totidem Ducatos.

Rigenſis.

N.

Imago ſimilis. Inſcr: CAROLUS GUSTAVUS X. D. G. SVEC. GOTH. VA. REX.

Urbs Riga cum Inſignibus ſuperimpoſitis. Inſcr: EX AVRO SOLIDO CIVITAS RIGENSIS ME FIERI FECIT. Valet 6. Ducatos.

Thaleri Unciales ſeu Imperiales.

Stokholmenſis.



Effigi-

Effigies eadem cum inscr: CAROLUS. GUSTAVUS. DECIMUS. D: G: REX. SVECORUM.

Scutum quadripartitum, coronatum, cum Insignibus Sveo-Gothicis, nec non gentilitiis Palatinis in clypeo minore intermedio. Illud duo sustinent Leones coronati. Inscript: IN. IEHOVA. SORS. MEA. IPSE. FACIET. M.DCLIV.

Pomeranus.



Imago similis. Inscriptio ut in nummo aureo Pomerano.

Insignia Pomeraniæ, cum Inscr: MONET. NOVA. ARG. DVCAT. POMER. 1657.

Elbingensis.



Effigi-

Effigies Regis coronati. Inscript: CAROLVS. GVSTAVUS. X. D. G. REX.

Scutum cum insignibus Urbis, quod Angelus utraque manu ante se sustinet. Inscriptio: MONETA. NOVA. A. CIVITATIS. ELBINGENSIS. 1658.

Nummi Svecici valoris.



Literæ C. G. R. S. (*Carolus Gustavus Rex Sveciæ.*) sibi mutuo innexæ, cum superimposita corona Regia. Inscript: IN IEHOVA. SORS. MEA. IPSE. FACIET. A.º MDCLX.

Scutum coronatum areis sex conspicuum, quarum quatuor superiores insignia Sveo-Gothica, duæ inferiores Bremensia & Verdensia ostendunt. In medio clypeus extat minor cum Insignibus Palatinis. Additus valor 4. M. Inscr: MONETA. NOVA. DVCATUS. BREM. ET. VERDENSIS.




 Effigi-

Effigies Regis cum Inscr: CAROLUS. GUSTAVUS. REX. Tres coronæ, addito valore II. M.



Simili typo, sed formâ minori, ac valore I. M.


Ora.



Scutum coronatum, cum Leone. Additus annus 1655. Inscr: CAROLUS. GUS. X. D. G. REX. SV.

Scutum cum insignibus Svecicis. Valor est I. ÖR. Inscr: MONETA. NOVA. REGNI. SVECIÆ.

Moneta Cuprea



Tres coronæ inter siglas C. G. R. S.


Leo,


CAR: XI. D. G. SVEC: GOTH: VAND: REX.


SED ET HÆC QVÆ NON POSTVL DEDI TIBI


PRECE PVRA
OB NATAL: PRINCIPIS
XV. FEL: EXACT.
XXIV. NOVEMB
M·DC·LXIX·


SIC RECTIVS VRGET


OB.
SUSCEPTUM.
IMPERIUM.
FILIO. AUGUSTO.
REGI. PRINCIPI.
MATER. AUGUSTA.
TUTORES. SENATUS.
ORDINES. ET.
UNIVERSA· PATRIA.
GRATUL:
1672.
Die 18 Dec.


SVSCEPTO IMPERIO
1672

Leo, ſuper quem ingens corona Regia. Adſcriptus annus 1657. atque valor: $\frac{1}{4}$ öR.

CAROLUS XI.

A. 1675.

Numiſmata Symbolica.

Tempora Caroli XI. feraciſſima apud nos fuerunt permultorum elegantiſſimorum Numiſmatum, ſpectatori maximam admirationem moventium. Eâ enim ætate laudabilis ſculpendorum Numiſmatum ars ad ſummum perfectionis faſtigium feliciter evecta eſt, cujus rei gloriam magnâ ex parte ingenio debet ac induſtriæ Excellentium Artificum noſtratium, Arvidi Karlſtenii atque Reimundi Faltzii. Neque verò ſua laus neganda eſt Numiſmatibus ab Antonio Meybuſch, Germano, hîc ſcitè atque affabrè ſculptis.

Caroli XI. T. I. *N.* I.

In principaliore parte cernitur imago Regis laureati, cum inſcr: CAR: XI. D. G. SVEC: GOTH: VAND: REX.

In ſequiore autem idem Regali habitu indutus & genu nixus, ſublatis ad cœlum manibus, Regalia, Coronam puta, ſceptrum, orbem crucigerum, gladium & clavem, cum lauri & palmæ ramis conjunctim ante ſe poſita habens. Inſcript: SED. ET. HÆC. QVÆ. NON. POSTVL. DEDI. TIBI.

Hic nummus variâ formâ, ovali, rotundâ, majori minorique reperitur.

In Natalem XV. Regis T. I. *N.* 2.

Thuribulum, cum ſuffitionis nube, atque adſcripto lemmate: PRECE PVRA. Infrà hæc extant verba: OB NATAL: PRINCIPIS XV. FEL: EXACT. XXIV. NOVEMB. M.DC.LXIX.

Sagittarius in Zodiaco (ſub quo ſigno natus eſt optimus Princeps) metam, manu cœleſti oſtenſam, feriens. Lemma: SIC RECTIVS VRGET.

De ſuſcepto imperio.

T. I. *N.* 3.

Effigies Regis laureati, cum inſcriptione: CAROLVS XI. D. G. REX SVEC.

Averſam facit hæc inſcr: OB. SUSCEPTUM. IMPERIUM. FILIO. AUGUSTO. REGI. PRINCIPI. MATER. AUGUSTA. TUTORES. SENATUS. ORDINES. ET. UNIVERSA. PATRIA. GRATUL. 1672. die 18. Dec.

T. I. *N.* 4.

Effigies ſimilis. Inſcr: CAROLUS XI. D. G. SVEC. GOT. VAND. REX.

C Duplex rectum & inverſum, ſibi mutuò innexum, & coronâ Regiâ ſuperiùs ornatum, inter tres Coronas, Regni Inſignia. Inſcr: SVSCEPTO IMPERIO. Infrà annus 1672.

CONCORDIA REGUM, SALUS POPULORUM.


T. II. *N.* 1.

Periſcelis orbem faciens. Hujus ſuperior hemicyclus duas coronas Regias, &, ne alter Regum infrà memorandorum alteri prælatus videretur, ſibi prorſus ſimiles; inferior verò, ſub utraque coronâ, duo permeat C, rectum alterum, alterum inverſum, ſibi invicem innexa, amborumque Regum nomen, quod commune erat, indicantia. Periſcelidi, per totum ſuum ambitum, inſcriptum eſt Ordinis ſymbolum: HONY SOIT QUI MAL Y PENSE. Ab hemicyclo inferiore, ubi ſpiræ periſcelidos coëunt, imaguncula pendet S. Georgii, equo inſidentis & Draconem haſtâ perfodientis: ad quam notatus eſt annus 1669. Inſcriptio: CONCORDIA REGUM. S. Ge-


SALVS POPVLORVM


CONCORDIA REGVM
QVI
16 69


SALVS POPVLORVM


CONCORDIA REGVM
QVI


CAROLVS·XI·REX·SVE·EQ·NOB·ORD·PERISC·INAVG·


REGVM · SALVS · POPVLORVM · CONCORDIA
QVI MAL

S. Georgius eodem, quo in adversâ, exhibitus modo, sed majoris formæ, ita ut totam aream impleat. Inscriptio: SALUS POPULORUM, connectenda cum superiore.

T. II. *N.* 2.

Adversa similis præcedenti, nisi quod Annus 1669. est omissus. Aversa itidem similis, nisi quod clypeus, lævo S. Georgii brachio adaptatus, Leone Palatino est insignitus, ad designandam Regis nostri è Prosapiâ Palatinâ originem.

Est hoc numisma paulò majoris formæ, quam antecedens: & utrumque, tam ex auro quàm argento, cusum est nîc in Sveciâ, in memoriam cooptationis Regis CAROLI XI. in Ordinem *Garterii*, seu Periscelidis, cujus solennia d. XXIX Julii 1668. magnâ cum pompâ Holmiæ sunt peracta. De quibus omnibus in suo de hoc Ordine Opere Anglico fusè agit Elias Ashmole p. 421. & seqq. Nimirum, quoniam maximi quoque Imperatores & Reges, quos inter Carolus V. & Ferdinandus, Imperatores Romani, nec non Ericus Pomeranus & Gustavus Adolphus, Reges Sveciæ, Illustris hujus Ordinis participes antehac facti erant; CAROLI nostri, qui tunc annum ætatis decimum tertium agebat, nascentem atque undique emicantem heroicam virtutem splendidissimâ illius ultrò oblatâ participatione ornatam simul & excitatam voluit Potentissimus Magnæ Britanniæ Rex CAROLUS II. Confer. Ashmole in Appendice num. LXXV. CXIX. & CXX.

Et cùm eâ lege dicti Ordinis vestes ac ornamenta alia suis tradantur Candidatis, ut, simul atque vitam cùm morte commutaverint, per Legatos aliosve magnæ dignationis Viros eadem, qua oblata sint, pompâ in Angliâ restituantur: idcirco, quæ olim Illustriss. Johanni Skytte, Regni Procerum tunc temporis facilè eruditissimo, post decessum Gustavi Adolphi, ea, postquam è terris migraverat Carolus XI. provincia data est illustriss. Carolo Bonde, Senatori Regio, & ad pacis nuper inter Europæos Status conclusæ negotium Legato Primario. Qua certè nemo majore cum gravitate defungi potuit, quandoquidem is o-

 mnis

mnis doctrinæ elegantioris non minùs quàm Politicæ prudentiæ laude erat cumulatissimus. Quæ verò circa solennem hunc Restitutionis actum contigerunt maximè memorabilia, siquidem adhuc recentia sint, & in ore omnium versentur, ea non hîc attingo.

Cæterùm quod non exiguam de Nostro Carolo illo, & spem & opinionem habuerint Angli, hujus Ordinis & Auctores & Collatores, haud obscuro indicio erit numisma prædictum, bis apud nos cusum, & in Angliâ, cum aliquantulo tamen immutationis, tertiò recusum. Subinnuit enim Rex Britannicus, si fieri posset, ut illud numisma ipso inaugurationis festo die, inter Socios & Consortes Ordinis præsentes aliosque eximios Officiarios distribueretur, id suis & honorificum & gratum futurum. Illud quoque tanti fecit, ut sculptori suo, qui inter Excellentissimos totius Europæ tunc habebatur, ejus imitationem & sculpturam ipse injunxerit, postquam aliqua, pro suo arbitratu, aut immutari, aut tanquam benè quadrantia adjici curasset. Jussis Regiis morem gerit Sculptor, & matricem fingit novam, sed quæ in primâ numismatis percussione frangitur. Alteram itaque adornat, in eaque tanto majorem adhibet industriam, quod effigiem Nostri Regis, quam secum è Sveciâ redux attulerat Legatus Anglicus *Carlisle*, sibi proposuerit imitandam, &, quoad fieri posset, examussim exprimendam. En tibi numismatis Anglici figuram ac descriptionem.

T. II. *N.* 3.

Periscelis, in orbem acta, duas coronas, parùm tamen discrepantes, ac duplex C, sub utraque coronâ locatum, ut anteà permeat: & in ejus centro *Gloria* seu stellula, sic apud Anglos communiter vocata, conspicitur. Periscelidem ambit collare seu torques rosatus, diebus festis collo gestari solitus, ex quo dependet S. Georgii imaguncula. Inscriptio: CONCORDIA REGUM SALUS POPULORUM.



S. Georgius, equo vectus, scutum crucigerum lævâ tenens, & cum Dracone dimicans, cui hastam dexterâ in medias injicit fauces; infe-


REX. CAROLVS
QVEM·DAT·SERVABIT HONOREM
1675


REX. CAROLVS.
TV·NVNC· ERIS·ALTER·AB·ILLO·
IPSE EST
1675


MANET.VLTIMA.CŒLI.
1675
ÆTERNVM.PRÆSTABVNT ILLA VIGOREM
SPES.PVBL.




inferiùs notato anno & die, quo hoc numisma vel percussum vel distributum fuit, sc. 29. Maji 1671. Inscr: CAROLUS XI. REX SVE. EQ. NOB. ORD. PERISC. INAUG.

Inscriptionem hanc eâ potissimum de causâ addi voluit Serenissimus Angliæ Rex, ut posteritati eò constaret clariùs, honori & memoriæ inaugurationis Serenissimi Nostri Regis in dictum Ordinem, id numismatis fuisse consecratum. Singula hæc, quæ ad historiam pertinent, hausimus è literis Nobilissimi Leyonbergii, Svethici tunc apud Anglos Legati, Anno 1670 huc transmissis. Conf. Ashmole Lib. cit. p. 405. & 455. cujus tamen enarratio ad omnes à nobis adductas circumstantias se non extendit.

In Profectionem Solennem.

N.

Adversâ parte habet effigiem Regis laureati, cum inscriptione: CAROLUS XI DEI GRATIA REX SVECIÆ.

Aversâ autem Regem equo insidentem, cum lemmate: LUSTRATIS. FINIBUS. Infrà: 1673.

Vetustissimo more hîc receptum est, ut Rex, antequam capessat Imperium, vel paulò post, solennem profectionem, ad fines suos perlustrandos, instituat, quæ vulgò vocatur Erifs gata; illius memoria hoc nummo (qui variâ extat magnitudine) perbellè celebratur.

In Coronationem.

T. III. *N.* 1.

Caput laureatum, cum Inscriptione: CAROLUS REX.

Rex, Regali habitu indutus, manibus complicatis, alteri genu incumbit, altero levato, cui è cœlo manus coronam imponit. Inscriptio: QVEM. DAT. SERVABIT. HONOREM. Infrà annus additus 1675.

T. III. *N.* 2.

Adver-

Adversa similis.

Sacerdos Regem ungit, qui dextro genu terram premit, manibus ad cœlum elevatis, unde vox descendit: IPSE EST. Inscript: TV. NVNC. ERIS. ALTER. AB. ILLO. infrà: 1675.

T. III. N. 3.

Adversa eadem.

Tres Coronæ humi positæ, quarta supra nubes elevata. Inscriptio: MANET. VLTIMA. COELI. Infra: 1675.

T. III. N. 4.

Adversa similis.

Rosetum, cui duplex C, impositâ Regiâ Coronâ insigne, inditum est, Sole, pluviâ Zephyroque vegetatur. Lemma: ÆTERNVM. PRÆSTABVNT. ILLA VIGOREM. Et infrà: SPES. PUBL.

Res in Scaniâ gestæ.

T. IV. N. 1.

Imago Regis, cum galeâ cristatâ & laureatâ. Epigraphe: CAROLVS. XI. DEI. GRA: SVE. GOTH. WAND. REX.

Pugna Gigantea prope rupem excelsam; in qua corona insignis posita vacillare videtur, quam tamen Jupiter, in nubibus apparens, lævâ sustinet, dextraque in hostes fulmen emittit. Extremo margini inscriptum: OPPVGNABIT DOMINVS OPPVGNATORES MEOS. ANNO 1676. DIE 17. AVG: ET 4. DEC. Ao 1677. DIE 14. IVLII.

T. IV. N. 2.

Effigies Regis cum galeâ, quam ambit corona radiata & inserta laurea. Inscr: CAROL. XI. D. G. REX. SVEC.

Ara, cui impositus nodus Gordianus & gladius Alexandri, cum lemmate: FACILE RVMPITVR.


Emi-

NVMMI SYMBOLICI DE REBVS GESTIS CAROLI XI IN SCANIA.









E. Brenner

NUMMI SYMBOLICI DE REBUS CAROLI XI IN SCANIA GESTIS.
















Eminus prœlium conſpicitur Lundinenſe. Subſcribitur: SCANIA. IV. DEC. M. DC. LXX. VI.

T. IV. *N.* 3.

Adverſa eadem.

Gordii Plauſtrum, temone Aræ incumbens. Inſcr: FACILE RVMPITVR.

N.

Icon Regis, coronâ laureâ ornati & cataphractâ muniti, pectore tenus repræſentata. Inſcr: CAROLVS. XI. DEI. GRATIA. REX SVECIAE.

CAROLVS galeatus, cum ſcipione imperatorio in dexterâ, obeqvitans, atque exercitum ſuum, ad hoſtes, jam in fugam conjectos, acerrimè perſeqvendos ac profligandos, alacri animo incitans. Inſcr: DE. DANIS. DAT. PALMAM. IOVA. SECVNDAM. D. 4. DEC. A. 1676.

Hic cælato Karlſteniano opere nitens & conſpicuus Nummus omnium CAROLI XI. Nummorum eſt rariſſimus; qvandoqvidem utraque ejus chalybea forma, acres percuſſiones haud perferendo, mox diffracta eſt. Ipſe autem Nummus in Muſéo Kederiano diligenter adſervatur.

T. V. *N.* 1.

Effigies Regis laureati, cum inſcript: HOC SOLO VINDICE TVTA.

Scania (muliebris figura) ſupplex Regi, Romano habitu induto, dextrâ haſtam, lævâ clypeum tenenti, ſcutum cum inſignibus ſuis ante pedes deponit. Inſcr: REDEO VETERES AVCTVRA TRIVMPHOS.

T. V. *N.* 2.

Effigies eadem. Epigraphe: CAROLVS. XI. D. G. REX. SVECIÆ

Tria ſerta laurea, cum Epigraphe: AUSPICIIS DUCTUQVE SUO TER VICTOR IN ANNO. Subſcriptum: ANNO 1676. D. 17. AUG. ET 4. DEC. A. 1677. DIE 11. IVLII.

Prima victoria erat Halmſtadienſis, altera Lundenſis, tertia Landscronenſis.

T. V. N. 3.

Adverſa ſimilis.

In medio lapis quadratus, cum coronâ ſuperimpoſitâ, cui manus Divina palmæ ramuſculum & ſertum laureum innectit. In lapide inſcriptum: CONSTANTIA VICTRIX. 1679. Circa illum varia arma bellica apparent, ſed confracta, obtuſa & à damno inferendo averſa. Epigraphe: A COELO EST QVÆ DAT PACEM.

T. V. N. 4.

Effigies Regis laureata cum ſolitâ inſcriptione.

Svecia, auguſto habitu ſedens, dextrâ lauri ramum oſtentat, lævâ clypeo innixâ, in quo tres conſpiciuntur coronæ. Inſcr: CVM CAROLO FAVSTA ES SINE QVO FVNESTA FVISSES. Infrà: 1679.

T. V. N. 5.

Adverſa conſimilis.

Clypeus, cum inſignibus Scaniæ, Gryphi nempe coronati capite: Super illum manus è nube cum gladio ſtricto, in cujus ferro C duplex conjunctum; in capulo tres coronæ. Supremo loco Nomen Dei radiatum. Inſcr: HOC ENSE LIBERAVIT.

N.


Imago Regis. CAROLVS. REX. SVE.

Svecia auguſto habitu ſedens, dextrâ palmæ & lauri ramulos tenens, lævâ innixa clypeo tribus Coronis inſignito: VIRTVTE AVGVSTI. Infrà: 1679.


Redi-


Priora hæc duo Numiſmata in memoriam Nuptiarum VL-
RICÆ Reginæ Hafniæ percuſsa.













Reditus.

N.

Effigies Regis, cum inſcriptione: CAROLUS. XI. D. G. REX. SVEC.

Sol, pulſis nebulis, terram illuſtrans fœcundansque, cum lemmate: INTVITV VEGETAT. Infrà: 1680.

Connubium.

T. VI. *N.* 1.

Mercurius volans, alterâ manu caduceum, alterâ marſupium plenum ferens, emiſſâ voce: Lauter Freude.

Duo palmæ rami in corollam vinculo firmo connexi, in quorum altero CAROLVS XI. in altero CHRISTIANVS V. inſcriptum. Intra corollam ſpeculum, in cujus limbo extat: VLRICA ELEONORA. Suprà: XXVI. SEP. Infrà: MDCLXXIX. In ſpeculo adamas triangularis, cum voce FRIEDE coruſcat, in ſingulis apicibus coronâ ornatus. Extra Corollam hi leguntur verſus Germanici:

Die hier bindet wirdt gebunden /
Und dadurch der Fried gefunden.

T. VI. *N.* 2.

Arx Regia Hafnienſis, in cujus areâ ſtat pyramis erecta cum nomine: VLRICA ELEONORA in ſerto laureo, ſuperiùs coronato, ad quam Amor cum arcu & ſagitta advolat. In ipſo faſtigio globus extat cum monogrammate, C coronato. Additum Lemma: NON VIXIT DIGNIOR VNQVAM. Infrà annus MDCLXXX.

Fama volans, in cujus vexillo dependente inſcriptum: QVÆ CAROLO SVECA QVÆ VIRGO DIGNA CORONA? Dextrâ

trâ palmæ ramum, lævâ buccinam fert, qvam inflat, cœlo quasi respondente: DIGNAM FATA DABVNT.

Hæc duo Numismata in Daniâ cusa sunt.

T. VI. *N.* 3.

Effigies Reginæ coronatæ. Inscriptio: VLRICA ELEONORA REGINA SVECIÆ.

Eadem sedens, sceptrumque manu tenens, cui Amor pharetratus Virtusque, lævâ palmæ & lauri ferens ramos, coronam imponit. In summo Oculus radians. Inscr: AMOR HANC VIRTVSQVE CORONANT. Infrá: 1680.

T. VII. *N.* 1.

Icon Reginæ cum inscript: VLRICA. ELEONORA. D. G. REGINA. SVEC.

Luna crescens cum lemmate: ADVENTV SVO QVIETEM. Infrà: 1680.

T. VII. *N.* 2.

Effigies Reginæ. VLRICA ELEONORA.

Rex laureatus stans Reginæ, super orbem arctoum sedenti, coronam imponit. AUCTA FELICITAS SEPTENTRIONI.

T. VII. *N.* 3.

Effigies similis cum inscr: VLRICA ELEONORA.

Corona Regia, cum lemmate: FACTA SOCIA REGNI.

T. VII. *N.* 4.

Effigies Reginæ cum inscriptione: VLRICA. ELEONORA. D. G. REGINA. SVECIÆ.

Lyra, sidus cœleste, cum stellâ lucidâ, addito lemmate: ARCTOI SPLENDOR AMORQ. POLI. Infrà: 1687.

Regis


VLRICA·ELEONORA· D.G.REGINA.SVEC.


ADVENTU
SVO
QUIETEM
1680


AVCTA FELICITAS SEPTENTRIONI


FACTA SOCIA REGNI



VLRICA.ELEONORA. D.G.REGINA.SVECIÆ.


ARCTOI SPLENDOR AMORQ POLI
1687

DEO
TER·OPT·MAX
SVEO VOTA SOL
OB
NAT·CAROLVM PRINC
A
CAROLO XI REG ET
VLRICA ELEO REGI
PRINCIPIBVS OPTI
A MDCLXXXII D
XVII IVNII



NOVO SIDERI
STIRP REG ÆGEF
CAROLO SVE
DIE XVII IVNII A
PRO PERF
PATERNA
INCREMENTA
ORBIS
SERIS











E. Reitz fc

N.

Regis & Reginæ capita jugata. CAROL. XI. D. G. REX SVEC. VLRICA ELEONORA. R.

Amor, cum arcu & sagittâ inter *Fidem*, columnæ innixam, & *Pacem* palmiferam, medius. FIDEI AC PACIS ALVMNVS. Infra: 1680.

N.

Caput Regis, cum inscr: CAROLVS. XI. D. G. REX SVE.

Caput Reginæ, cum Inscr: VLRICA ELEONORA. D. G. REG. SVE.

Hujus typi complures extant, majori minorique formâ cusi Nummi.

N.

Capita jugata Regis & Reginæ, cum inscriptione: CAROLVS ET VLRICA.

Jupiter (remoto ad latus fulmine & Aquilâ ad pedes sedente) ac *Juno* (cum Pavone à tergo) dextras jungunt. Lemma: HINC REGNI HERES. Infrà: MDCLXXX.

Nativitas Principis Caroli.

T. VIII. *N.* 1.

Jupiter & *Juno*, in nubibus sedentes, Puerulum in Orbem Arctoum cœlo demittunt. Inscriptio: IN GLORIAM SECVLI.

Adversam hæc constituunt verba: DEO. TER. OPT. MAX. SVEO. VOTA. SOLVV. OB. NAT. CAROLVM. PRINCI. A. CAROLO. VNDE. REG. ET. VLRICA. ELEO. REGI. PRINCIPIBVS. OPTI. A. MDCLXXXII. D. XVII. IVNII.

T. VIII. *N.* 2.

Infans cœlo demissus, cum stellâ descendente: In summo loco Oculus radians. Lemma est: ARCTOO A SIDERE SIDVS.

Aversa his constat verbis: NOVO. SIDERI. STIRPIS. REGIÆ. GERMINI. CAROLO. SVEC. PRIN. DIE. XVII. IVNII A. MDCLXXXII. PROSPERE. EXORTO. PATERNÆ. AVITÆQ. GLORIÆ. INCREMENTA. APPRECATVR. ORBIS. AQVILONARIS.

Supremo margini hoc inscriptum distichon:

VIVAT. PROGENIES. INVICTI. MASCVLA. REGIS.
QVAM. SCEPTRI. STABILIS. SVECIA. PIGNVS. HABET.

Natalis VII. Caroli Pr. Hær.

T. VIII. *N.* 3.

Effigies Principis, cum galeâ cristatâ. Inscriptio: CAROLVS. D. G. REGNI. SVE. PR. HÆR.

Leo parvus, magnum orbem pedibus anterioribus in altum tollens. Lemma: VIRTVS NON COMPVTAT ANNOS. Infrà: 1688.

T. VIII. *N.* 4.

C. Duplex sibi mutuò innexum, cum impositâ Coronâ Regiâ. Inscr: SVB VMBRA ALTISSIMI. Infrà: 1688. DIE 17. IVNII.

Palma arbor, radiante sole, feliciter succrescens.

N.

Effigies Principis cum inscriptione: CAROLVS. DEI. GRA. REGNI. SVE. PR. HÆR.

Idem stans inter Palladem & Herculem medius, adscripto lemmate:

TALEM PRIMIS MIRAMVR AB ANNIS. Infrà:
VTRIQ. SERENVS. MDCLXXXX.

N.

Effi-

Effigies Regis, tempora lauro redimiti, cum inſcript: CAROLVS. XI. DEI. GRATIA. REX. SVE.

Imago Principis & inſcriptio: CAROLVS. DEI. GRA. REGNI. PR. HÆR.

Nativitas Guſtavi Principis.

N.

Puſio, ſtrato ſuper oſtro recumbens, dextram ad ſolem radiantem elevat, clypeo, Leone inſignito, ad lævam poſito. Inſcr. A CAROLO ET VLRICA GVSTAVVS. Infrà extat: NATVS STOKHOLMIÆ. D. 4. IVNII. 1683.

Orbis Septentrionalis cum tribus coronis, cui manus è nube baculum imponit, rami laurei amplexu circumplicatum, & verbis vernaculis: Guds=Staf inſcriptum. Lemma additum: HINC DECVS ET ROBVR.

N.

CAPITA Regis & Reginæ jugata cum inſcr: CAROLVS. XI. D. G. REX. SVEC. VLRICA. ELEONORA. R.

Sol ſupremo loco conſtitutus, radiis ſuis illuſtrat Lunam inferiorem & tres ſtellas coronatas, quarum duæ ad latera Lunæ, tertia infra illam conſpicitur. Lemma eſt: AVGVSTÆ LVX AVCTA DOMVS. Infrà: *A. 1682. D. 17. Jun. 1681. D. 26. Jun. 1683. D. 4. Jun.* In ſupremo margine tale extat diſtichon.

Solis ab Arctoi Lunæque amplexibus almæ
Regia Progenies ſidera trina micant.

N.

Imago Regiæ Principis, cum Epigraphe: VLRICA. ELEON. SVEC. PRINC. HAER.

Ara, cum igne. Epigraphe hæc eſt: OFFRISCO. AL. CIELO. VN. ARDOR. PVRO. E. SACRO. In imo loco: MDCCX.

N. Præ-

N.

Prædictæ effigies Principis: VLR. ELEON. PR. HÆRED. SVE.

Impositus mensulæ Adamas, multiplici angulo scintillans (*taillé à facettes*) FREGIO. DI. GRAN. PREGIO. inferiùs: 1714.

Felicitas Regis perpetua.

T. IX. *N.* 1.

Effigies Regis, cum inscriptione solitâ.

Sidera cœli Borealis, inter quæ stella Polaris emicat. Lemma: NESCIT OCCASVM.

Comitia Regni.

T. IX. *N.* 3.

Imago Regis cum Epigraphe: CAROLVS. XI. DEI. GRAT. SVE. GOTH. VAND. REX.

Quatuor columnæ solidæ, superiùs unâ coronâ, circa medium unâ catenâ conjunctæ, quarum primæ *Arma militaria cum ramo laureo*, secundæ *S. Biblia cum ramo palmæ*, tertiæ *Caduceus Mercurialis*, quartæ *Falx cum aristis*, quatuor regni statuum Symbola, affixa sunt. Lemma est: NEXV VNO IVNGIMVR OMNES. Columnis subscriptum: MDCLXXXII. Die 7. Octob.

In supremo margine legitur: NON TEMERE HVNC QVISQVAM MOVEAT NEC TRANSEAT ORBEM.

Descensus Regis in Argentifodinam.

T. IX. *N.* 2.


Imago Regis, ut antè.

Argentifodina Sahlbergensis, cum operariis, in quam Rex cum


CAROLVS XI DEI GRAT SVE GOTH VAND REX





PERLVSTRAT VISCERA TERRÆ
1687


MDCLXXXII


SIC REGNA TVE
ANN· M·DC·LXXXVII·
·R·F·


SISTIT PAX OBVIA CLASSES
MARE·BALTHICVM
1689



IN
FELICEM MEMORIAM
CONCILII VPSALIEN.
CVIVS DECRETVM
CENTESIMO ABHINC ANNO
PERSECVTIONI LITVRGICÆ
FINEM ATTVLIT.
MDC XCIII


IACTATVR SED TVTA TAMEN


CAROLVS.XI.DEI.GRAT. SVEC.GOTH.VANDAL.REX.


SOLI.INOCCIDVO.SOL.OBVIVS.ALTER.
Torne
Sinus Botnicus
ITER REGIS AD BOTNIAM
OCCIDENTALEM MENSE
IVNIO.1694.









cum aliis descendit. Lemma est: PERLVSTRAT VISCERA TERRÆ.

Extremo margini inscriptum: REX COMITANTE COM. F. VREDE C. M. P. IN. ARG. FOD. SE. DEMIS. A. 1687. D. 13. AVG.

Prudentia Regis.

T. IX. *N.* 4

Adversa similis.

Duæ figuræ muliebres, altera casside, hastâ & clypeo armata, altera, cui caput est alatum, lævâ caduceum ac palmæ ramum ferens; adstante intermedio Leone, cui dorsuale impositum, tres habens coronas intextas. Additum Lemma: SIC. REGNA. TVEMVR. Inf. ANN. M.DC.LXXXVII.

Pax vacillans refirmata.

T. IX. *N.* 5.

Effigies Regis cum inscriptione solitâ.

Classes Svecica & Danica, passis velis sibi invicem obviæ, inter quas Columba, Pacis nuncia, palmæ ramos ad utramque demittit, cum lemmate: SISTIT PAX OBVIA CLASSES. Infrâ: MARE BALTHICVM. 1689.

Regia.

N.

Icon Regis. CAROLVS. XI. D. G. REX. SVECIAE.

Facies Regiæ, Boream spectans. DOMINI. VIRTVTE. PERENNAT. In imo: MDCXCII. *Tessin. inv.*

Iubilæus annus.

T. X. *N.* 1.

 Navis,

Navis, maris fluctibus decumanis agitata, primitivæ Ecclesiæ Christianæ symbolum (Græca elementa X & P combinata) in vexillo, & crucem in puppi, pro insigni gestat. Lemma est: IACTATVR SED TVTA TAMEN. Scilicet præsente DEO, cujus Nomen radiatum supra navim eminet.

Aversam facit inscriptio: IN FELICEM MEMORIAM CONCILII VPSALIEN. CVIVS DECRETVM CENTESIMO ABHINC ANNO PERSECVTIONI LITVRGICÆ FINEM ATTVLIT. MDCXCIII.

Mors Reginæ.

T. XI. *N.*

Effigies Reginæ, cum inscriptione: DIVA. VLR. ELEON. REG. SVE. REGIS. REGNI. SECVLIQ. DESIDERIVM.

Eadem, nube ad cœlum & coronam stellatam subvecta, palmæ ramum dextrâ tenet, relicto inferiùs orbe cum coronâ & sceptro. Lemma est: SOLIO MELIORE RECEPTA. Infrà adscribitur: NATA. 1656. CORON. 1680. DENAT. 1693.

N.

Hic Nummus, formâ minor, in adversâ parte inscriptionem talem habet: VLR. ELEON. R. S. REGIS ET SVBDITORVM AMOR AC DELICIVM.

Iter Regis ad Botn. occid.

T. X. *N.* 2.

Icon Regis, cum Epigraphe: CAROLVS. XI. DEI. GRAT. SVEC. GOTH. VANDAL. REX.

Sol declivis, ad extrema Sveciæ septentrionalis, cum lemmate: SOLI. INOCCIDVO. SOL. OBVIVS. ALTER. In imo inscriptum: ITER. REGIS. AD. BOTNIAM. OCCIDENTALEM. MENSE. IVNIO. 1694.

Nata-

CAR.XI.TAB.XI.





El Brenner sculp

Natalis Regis qvadragesimus.

N.

Imago Regis omisso nomine & titulo.

Lineis rectis in areâ nummi exhibetur inscriptio: CAROLO. XI. SVEC. GOTH. VAND. REGI. MDCLV. XXV. NOV. NATO. MDCXCIV. NATALI. HOC. AVRVM. EX. MINERA. SVMAT. IND. ORI. HOLMIÆ. NATVM. Aurum nempe Artificis manu ex minerâ aureâ eductum, natum dici posse, putavit is, qui inscriptionem adornavit. Numisma ex hoc eodem auro conflatum Serenissimo Regi, die ipsius natali, anno suprà memorato oblatum fuit, per quendam Balthasarum Grill, in tractandis metallis versatissimum. Is non mediocrem pecuniæ summam, quam illi, intercedente Minerarum Collegio, anno 1691. gratia concredidit Regia, emendæ expurgandæque mineræ Sumatrensi, vilioris notæ, impendit. Duplicem mineræ speciem ex Insulâ Sumatrâ in Belgium transportari curavit Societas Batavo-Indica. Meliorem Belgæ ipsi elaborârunt: sequiorem, quæ nullo aut exiguo lucro in illis locis tractari potuit, Germanis aliisque Exteris, atque in his prædicto Grill, sub hastâ vendiderunt. Quam hic comparavit, Sahlbergæ, ubi per multa secula argentifodina nostra præcipua viguit, hodieque viget, liquavit, atque aurum ab argento secrevit, & hoc est illud, ex quo dictum numisma confectum est.

Obitus Regis.

N.

Effigies Regis. CAROLVS. XI. D. G. REX. SVE. NATVS. D. 24. NOV. A. 1655.

Svecia, Fœmina nempe Clypeum tribus insignem Coronis tenens, moesta assidet loculo Regio; adjacet Leo Gothicus. In proximo comparent Cupressi funebres atque Mausoléum pyramidatum. Suprà legimus: LVCTVS. NON. IVSTIOR. VLLVS. Infrà: DENATO. PATRE. PATRIAE. D. 5. APRIL. A. 1697.

 N. Ima-

N.

Imago Regis, cum Epigraphe: CAROLVS. XI. D. G. REX SVECIAE.

Sol occidens, cum Epigraphe: TOTO. MIRABILIS. ORBE. In imo hæc exſtant verba: ORT. D. 24. NOV. A. 1655. OCCID. D. 5. APRIL. A. 1697.

Hic Nummus duplicis eſt magnitudinis.

Nummi Uſuales Aurei.

Ducatus Stokholmenſis.

N.

Adverſus exhibet effigiem Regis, cum inſcr: CAROLVS. XI. D. G. REX. SVEC.

Averſus verò C duplex coronatum, inter tres coronas. Annum præterea 1687. atque inſcriptionem: FACTVS EST DOMINVS PROTECTOR MEVS.

N.

Adverſus ſimilis eſt.

Averſus idem Regii nominis monogramma cum coronâ ſuperimpoſitâ habet, addito anno 1692, & infrà valore ¼ ſc. Ducati, cujus hic nummus quarta pars eſt.

Occaſionem huic novo monetæ generi cudendo dederunt Mercatores, qui à Rege Perſarum miſſi ex Aſiâ A. 1687. menſe Junio huc primum venerunt, ſtabiliendi commercii cauſa, quos deinde alii ſequuti ſunt. Illos, exeunte anno 1691. in Patriam redituros, magnâ hujus aurei nummi copiâ Regis noſtri munificentia donavit.

Rigenſis.

N.

Effigies Regis. CAROLVS. D. G. SVEC. GOTH. VAND. REX.

Inſi-

Insignia Urbis, addito anno 1673. Inscr: MONETA AVREA CIVIT. RIGENSIS.

Revaliensis.

N.

Adversâ parte imaginem Regis præfert, hac circumdatam epigraphe: CAROLVS. XI. D. G. SVE. GOT. WAN. REX.

Aversâ scutum habet ovale coronatum, cum Insignibus Urbis, nec non inscriptionem: MONETA. NOV. AVR. CIV. REVALIENSIS. 1681.

Pomeranus.

N.

Icon Regis cum epigraphe: CAROLVS XI. D.G. REX. SVEC.

Frumenti fasciculus erectus, cui Regalia signa sunt imposita, addito anno 1693. Inscr: ET REGIT ET TEGIT POMERANIAM SVAM. Valet 2 Ducatos.

Agmen nummorum aureorum Regis CAROLI XI. claudet moneta aurea seu Ducatus, quem Dalekarliæ Gubernator, Perillustris ac Generosissimus Baro, Dn. Nicolaus Gripenhielm, rerum metallicarum amantissimus æque ac peritissimus, ex auro Svecano, in Daliâ, prope veterem Argentifodinam orientalem in Parœciâ Tunâ sitam, à se nuper invento & elaborato, in matrice peculiari Anno 1695. cudendum curavit. Cujus generis aliquos Regi supra memorato, nunc gloriosiss. mem. & Procerum quibusdam eodem anno venit oblatum. Et ut Lectori curioso eò magis satisfaciam, descriptioni nummi adjungam dicti Gubernatoris, mense Julio Anni 1697. missam ad me uberiorem de auro hoc Svecano relationem.

Ducatus talis est:

N.

Adversa caput monstrat Regis, more Romano expressum, si excipias crines longiores. Inscr: CAROLVS XI. D. G. REX SVE.

Totam aversæ aream lineis rectis complet sola hæc inscriptio: EX. AVRO. SVEC. REPERTO. IN DALIA. ET. OST. SILV. BERGH. A. 1695. *à N. Gripenhielm.*

Relatio Gubernatoris N. Gripenhielmii.

Cùm anno 1695. tempore æstivali, me cepisset voluptas paulò curiosiùs & accuratiùs per experientiam propriam explorandi probandique omnes species metallicas, quæ hìc in Daliâ & districtu magnæ Cuprifodinæ reperiebantur, prope Argentifodinam Orientalem in Parœciâ Tunâ (ubi ingens argentifodina priscis temporibus culta, nunc devastata cernitur) in orificio Saxorum communium (Svecicè Gråbergs-Warpet) *inveni quosdam lapides metalliferos, qui externâ specie aliquid boni præ se ferebant. Hos ego domum asportatos non parum argenti continere sum expertus, quod an auri quid includeret, periculum ulterius feci. Nec me spes fefellit, operæque pretium duxi, ex venâ mihi tunc repertâ plus mineræ effodere, & simul ex dicto illo* Gråbergs-Warpet/ *quicquid obvium erat, congerere. Unde cùm magnam instituissem fusionem, separabam aurum ab argento, & à singulis marcis argenti puri* (seu 16 Lod) *viginti octo usque ad triginta sex grana* (s. Aß) *auri obryzi eruebam. In hoc negotio, quod impensas facilè compensabat, ego posteà pedetentim perrexi. Et cùm ante me nemo in Sveciâ aurum ex nostris metallifodinis cum fructu excoxerit, in perpetuam rei memoriam matricem curavi sculpendam, in qua hæc formarentur numismata.*

Laudabili sanè instituto Perillustris Gripenhielmius vestigia veterum secutus est, qui quotiescunque metallum novum inventum fuisset, ex eo monetam vel numisma percusserunt, addito vel loci, ubi repertum fuit, vel inventoris, vel utriusque nomine. Exempli loco afferre lubet Metallum Ulpianum Pannonicum, Metallum Noricum, Metalla Aureliana, de quibus vide Specimen rei nummariæ Clariss. Morellii ad Nummos Trajani Tab. XXI. & pag. 215. edit. Lipsiens.

Thale-

Thaleri Unciales.

Stokholmensis.



Effigies Regis, cum inscriptione: CAROLVS. XI. D. G. REX. SVECIÆ.

Scutum quadripartitum, coronatum, cum insignibus Sveo-Gothicis & alio interiori clypeo, Palatina Insignia præferente. Illud sustinent duo Leones coronati. Inscriptio: IN. IEHOVA. SORS. MEA. IPSE. FACIET. MDCLXXVI.

Rigensis.



Icon

Icon Regis. CAROLVS. D. G. SVECO. GOTHO. VANDALO. REX.

Insignia Urbis, quibus manus desuper coronam addit. Annus est 1660. CIVITATIS. SVÆ. RIGENSIS. FIDEM CORONAVIT.

Stetinensis.



Effigies Regis laureâ insignis. Epigr. CAROLVS. XI. D. G. REX. SVEC. GOTH. ET. WAND. &c.

Ducatûs Pomeraniæ insignia. Epigraphe: DUX STETINI. POM. CAS. VAND. RUGIÆQ. PRINCEPS. 1674.

Bremensis.



Imago

Imago eadem.

Medium bipartitum ferens insignia Bremensia & Verdensia, nempe claves duas decussatim junctas, nec non crucem. Inscriptio utriusque partis conjuncta: CAROLUS XI. DEI GRATIA REX SVEC. GOTH. ET VAND. DVX BREMÆ ET VERDÆ. 1673.

Marcæ Svethicæ.



Effigies consimilis, cum inscript: CAROLVS. XI. DEI. GRATIA. REX. SVE.

C duplex mutuo nexu junctum, coronatumque inter tres coronas. Infrà valor additus, nim. 8. M. Inscr. FACTVS. EST. DOMINVS. PROTECTOR. MEVS. 1670. In supremo margine inscriptum: CIRCVMEVNDO. SERVAT. ET. ORNAT.

N.

Imago eadem.

Quinque clypei, in formam crucis dispositi, quorum quatuor exteriores coronati Insignia Svethica & Gothica, quintus verò medius Palatina præfert. Interpositus valor: 8. M. S. M. Inscriptio utriusque partis combinata: CAROLVS. XI. DEI. GRATIA. SVE. GOTH. WAND. REX. 1670.

N.

Icon Regis. Inscr: CAROLVS. XI. D. G. REX. SVE.

Scutum coronatum, cum insignib. Regni Sveciæ; appositus valor 8. M. Inscr: DOMINVS PROTECTOR MEVS. 1693. In supremo margine hemistichium extat: MANIBVS NE LÆDAR AVARIS.

T. XII. *N.* 1.

Effigies cum inscr: CAROLVS. XI. D. G. REX. SVE.

Scutum Svethicum coronatum. Valor est 4. M. Inscr: DOMINVS. PROTECTOR. MEVS. 1690.

T. XII. *N.* 2.

Adversa eadem.

Tres coronæ cum anno 1691. & valore 2. M.

T. XII. *N.* 3.

Nota eadem. annus est 1692. Valor 1. M.

Quinque Oræ.



Duplex C coronatum, addito anno 1690. Inscript: DOMINVS. PROTECTOR. MEVS.

Sveonum coronæ, cum valore: 5. ö. S. M.

Quatuor Oræ.

C co-


CAROLVS·XI D·G·REX·SVE
=

DOMINVS·PROTECTOR·MEVS·1690
4 M


CAROLVS·XI· D·G·REX·SVE.
=

16 91
2. M.


CAROLVS·XI DG·REX·SVE.
=

16 92
I. M.



C coronatum. Inſcr. DOMINVS. PROTECTOR. MEVS.

Prædictæ coronæ, cum inſcr: FYRA. ÖRE. SÖLFWER. MYNT. 1670.

Duæ Oræ.



Literæ initiales C. R. S. (i. e. *Carolus Rex Sveciæ*) cum ſuperimpoſitâ coronâ, intra lauream.

Tres coronæ, cum adjecto Æræ Chriſtianæ anno 1667. & valore 2. ÖR.

Ora.



C coronâ opertum cum num. XI. intermedio, ſerto incluſum laureo.

Averſa non niſi anno 1690. & valore I. ÖR. differt.

Landscronensis.

N.

Effigies Regis laureati, cum inscr: CAROLVS. XI. REX. SVECIÆ.

Duo cornua copiæ, coronâ superiùs ornata, infra quæ L coronatum cum valore 2. M. & anno 1675. Inscr: MONETA. NOVA. CIVIT. LANDSCRONENSIS. Nummus hic admodùm rarus est.

Revalienses.

N. N.

In alterâ parte effigiem Regis laureati, alterâ Civitatis insignia præferentes, valore tantùm differunt, nim. IV. II. I. Marc. Extant & Nummi Orarum IV. II. I.

Narvensis N. unius Oræ.




C coronatum cum intermedio num. XI. in laureâ.

Scutum coronatum, cum insignib. Urbis, quæ ex duobus salmonibus, suprà gladio & binis globulis tormentariis, infrà acinace & uno globulo constant. Adjectus Annus sic: 1671. atque valor ita: I. R. Nummi etiam extant IV. ac. II. Orarum.

Moneta Cuprea.

Clypeus




Clypeus coronatus, Leonem ferens Gothicum, additis literis C. R. S. & Anno 1673.

Insignia Dalarensia, cum valore 1. ÖR. S. M. i. e. *Sölfwer-Mynt.*

N.

Adversa similis, excepto anno 1661.

Tres coronæ; additus valor: 2½ ÖR. K. M. i. e. *Koppar-Mynt.*



Adversa solo anno 1663. differt.

Scutum Svecicum coronâ opertum, addito valore: 2. ÖR. K. M.

 Scutum



Scutum simile Sveticum, cui additæ literæ C. R. S. cum hâc anni designatione 1661.

Insignia Dalarensia, cum valore I. ÖR. K. M.



Tres coronæ, literis C. R. S. & anno 1683. stipatæ.

Leo, cum Coronâ Regiâ, adscripto valore 1/6 ÖR. S. M.

CAROLVS XII. A. 1697.

Multa etiam ac pulchra, in Clementissimi Regis nostri Caroli XII. Heroicæ potissimùm virtutis memoriam, hîc cusa sunt Numismata, quorum Symbola & Emblemata, (sicuti & pleraque in Monumentis hujusmodi metallicis Caroli XI. exhibita) Kederum inventorem, sculpturæ autem Karlstenium, Faltzium, Richterum, Hartmannum, & Westmannum denique artifices habuerunt. Qvid quod extra Patriam magno passim numero haud inelegantia id genus Monumenta in lucem prodierunt? In quibus omnibus (unà cum Clementissimi Regis hujus Monetis) congerendis, atque in peculiari libro cum Orbe literato pleniùs communicandis, è junioribus mihique superfuturis, procul dubio, haud deerit, qui suam studiosè sit collocaturus operam. Quod super-

superest, DEVS ter Opt. Max. Regum Tutor & Protector, Regem Carolum, tot tantisque jam ereptum periculis, & ingentibus adhuc rerum discriminibus caput objectantem, porrò tueatur atque protegat, tandemque, post exantlatos feliciter bellicos labores, partamque sempiternam nominis gloriam, ac redditam Patriæ auream Pacem, Artium & Scientiarum Altricem, salvum lætumque nobis restituat!

Symbolici seu honorarii Nummi.

Inaugurales.

N.

Parte adversâ cernimus Imaginem Regis, quæ hanc habet Epigraphen: CAROLVS. XII. D. G. REX. SVE.

Parte aversâ Coronam Regiam sive clausam, cui superiùs adscriptum: CAROLVS. POST. FATA. REVIXIT. Inferiùs: A. DEO. DATO. PATRE. PATRIAE. D. 14. DEC. 1697.

N.

Icon Regis, cum inscriptione: CAROLVS. XII. DEI. GRATIA. REX. SVECIAE.

Regalia signa altari imposita cum inscriptione: TANTIS. IAM. SVFFICIT. AVSIS. In imo: VNCTVS. HOLMIAE. D. 14. DEC. 1697.

N.

Regis icon & hæc Epigraphe: CAROLVS. REDIVIVVS.

Phœnix stans in parte globi terrestris, tribus Coronis insignitâ. Superiùs legimus: SIBIMET. SVPERSTES. Inferiùs: SVECIS. REDDITVS. D. 14. DEC. 1697.

Num-

Nummi, Virtutes ac res gestas Magnanimi Regis præferentes.

N.

Effigies Regis. CAROLVS. XII. D. G. REX. SVECIAE.

Europa, Figurâ muliebri, stans, capite turrito, cum Cruce in vertice, manu sinistrâ adjacentis Tauri caput tangit, dexterâ verò olivæ ramulum à Carolo stante accipit. Epigraphe: AVSPICIVM. IMPERII. FELICITAS. EVROPAE. In imo loco inscriptum: PACE. ORBI. CHRISTIANO. PARTA. RYSWICI. A. 1697.

N.

Regis effigies. CAROLVS. XII. D. G. REX. SVECIAE.

Pallas Svecica, dexterâ hastam cum dependentibus Clypeis, Danico atque Holsatico, tenens, ac Clypeo tribus Coronis insignito, quem sinistrum gerit brachium; protegens Fœminam cum capite turrito, quæ, ad ipsius genua supplex, ea munimenti schemate tangit. Epigraphe: TONNINGAM. TVENDO. FRIDERICOS. CONCILIAT. Infra A. MDCC.

N.

Imago laureati Regis, cum eadem inscriptione.

Narva Moscoviticis obsessa castris, quæ Sveci fortiter expugnant. Supra Vrbem Sol radios spargens conspicitur; castris autem hostilibus imminet tempestas nivalis. Inscriptio: MANIFESTO. NVMINE. In imo hæc exstant verba: CASTRA. MOSCOR. AD. NARV. CAPTA. XX. NOV. MDCC.

N.

Alterâ parte repræsentat effigiem Regis, tempora lauro redimiti, qui in Epigraphe audit: CAROLVS. DEI. AVXILIO. RVSSOR. VICTOR.

Alterâ

Alterâ Tropæum, cum appenso Clypeo Moscovitico; præterea hoc Lemma: VNVM. PRO. CVNCTIS. FAMA. LOQVATVR. In imo: PARTVM. AD. NARVAM. D. 20. NOV. A. 1700.

N.

Icon Regis laureati. CAROLVS. XII. D. G. REX SVECIAE.

Rex, strictum tenens gladium, atque obequitans in campo, multâ Moscovitarum strage oppleto: in propinquo Vrbs Narva, cum Arce Iwanogorod, conspicitur. Epigraphe: SVPERANT. SVPERATA. FIDEM. Infrà additum: DIE. 20. NOVEMBRIS. ANNO. 1700.

N.

Imago Regis pectore tenus expressa. Inscr: CAROL. XII. D. G. R. S. DECOR. NOVI. SAECVLI. In brachio inscriptum: *Richter.*

Pallas Svethica super flumen sese jaculans, adversus copias Saxonicas, qvæ metu perterritæ terga vertunt; haud procul inde Senex jacet animo consternatus, cui urna, unde aqva largé effluit, apposita est. Inscr: NEC. FLVMINA. NEC. HOSTES. MORANTVR. In imo exstat: SAXONES. IN. ADVERSA. DVNAE. RIPA. FVSI. M.DCC.I.

N.

Imago Regis directâ ferè fronte, cum inscriptione: CAROLVS. XII. D. G. REX. SVECIAE.

Rex Carolus, ad Tropæum Saxônico Clypeo conspicuum, in arundinosâ stans ripâ, atque manu dexterâ globum cum Phœnice, lævâ autem hastam tenens. Inscr: GLORIA. NOVI SAECVLI. Infrà legimus: DVNA. ET. SAXONIBVS. SVPERATIS. D. 9. IVLII. A. 1701.

N.

Regis caput, cum solitâ inscriptione, s. epigraphe.

Circulus radios spargens, in quo inscriptum: 9. IVLII. super duo Tropæa duobus Clypeis Saxonicis conspicua. Epigraphe: LVX. BINIS. CLARA. TRIVMPHIS. In imo: A. 1701. AD. DVNAM. ET. A. 1702. AD. CLISSOVAM.

N.

Regis effigies, cum eadem epigraphe.

Victoria Coronam imponens Capiti Caroli, fulmen dexterâ gerentis. Additum Lemma: OB. PERDOMITVM. CONTVMAX. THORVNIVM. Infra annus designatus hoc modo: A. MDCCIII.

N.

Regis imago laureati, cum inscriptione eadem.

Duo senes, cubantes, cum urnis aquas largè effuséque dantibus; inde haud procul Dux mœrens, sub Palmâ, humi sedet, tenetque scutum Saxonicum. Suprà: NATATV. ARMISQVE. REPRESSIT. Infrà: VICTORIA. PVLTOVIENS. PARTA. D. 21. APRIL. 1703.

N.

Icon Regis, eandem habens inscriptionem.

Victoria Clypeum Moscoviticum ad Palmam appendens. Suprà: DE. SCHEREMETEFFIO. Infrà: DVCTV. LEWENHAVPTI. AD. GEMAVERT HOFF. D. 16. IVLII. A. 1705.

N.

Effigies Caroli, cum solitâ inscriptione.

Tropæum, cum scutis, Moscovitico atque Saxonico. Superiùs: DE. SCHVLENBVRGIO. Inferiùs: DVCTV. REHNSKIOLDII. AD. FRAVSTATT. D. 3. FEBRVAR. A. 1706.

N.

Effigies Regis, inscriptionem eandem habens.

Colu-

Columna erecta, è qua tria vinculo connexa dependent scuta, Saxonicum nempe, Polonicum atque intermedium Svecicum. Epigraphe: FECIT. PAX. AVREA. NODVM. In imo hæc exstant; DOMITIS. IRIS. ALTRANSTADAE. A. 1706. D. 14. SEPT.

N.

Caput Regis, cum eadem Inscriptione.

Palma, cum appenso Clypeo, Caroli, Augusti & Stanislai Nominum initiales Literas eleganter implicatas præferente; ad radicem varia arma bellica. Superiùs scriptum: NEXVM. FECERE. TRIVMPHI. Inferiùs: ARMA. POSITA. IN. PAGO. ALTRANSTEDA. XIV. SEPT. A.M.DCC.VI.

N.

Imago Regis eâdem circumdata epigraphe.

Basi, notissimo Christianorum Monogrammate atque elementis A & Ω signatæ, impositum elegans Thuribulum, unde accensi Thuris fumus prodiens alta petit. Epigraphe: AD. COELVM. LIBERIORE. VIA. Infra scriptum: SACRIS. SILESIÆ. EVANGELICÆ. RESTITVTIS. A. M. DCC. VII.

N.

Regis Caroli Icon, cum solitâ epigraphe.

Ventus flammam, in Arâ prædicto monogrammate signatâ, exsuscitans. Suprà scriptum: SOPITOS. SVSCITAT: IGNES. quod hemistichium è Virgil. Æneid. L. V. v. 743. depromptum. Infrà legimus: BOREAS. SILESIAE. SALVTIFER. ADSPIRANS. 1. SEPT. M.DCC.VII.

N.

Caput prædicti Regis, qui PIVS. LIBERTATIS. VINDEX. in Epigraphe vocatur.

Ventus stratas tempestatis injuriâ segetes reficit atque erigit. Lemma: DEIECTIS. LEVAMEN. AFFERT.

N.

Effigies Caroli, qui in Epigraphe GLORIA SVECORVM audit.

Leo globum tribus notatum Coronis amplectens. In summo scriptum: IMPAVIDVM PECTVS. In imo: A. M.DCC.VIII.

N.

Caroli Regis imago, cui adscriptum: ET. CAVSA. ARMATVS. ET. ENSE.

Svecana Virtus, quam Pallas, cum hastâ & scuto tribus Coronis insignito, repræsentat. Inscriptio: INHIBET. NEC. FLAMMA. NEC. VNDA. In imo exstant hæc: VABISSA. VADO. TRANSITA. ET. MOSCI. FVSI. D. IV. IVLII. A. MDCCVIII.

N.

Caput Caroli, cum inscriptione: PIVS. LIBERTATIS. VINDEX.

Hercules stans. Suprà: LABOR. ENVMERARE. LABORES. Infrà: MDCCIX.

N.

Regis icon. CAROLVS. XII. D. G. REX. SVE.

Limes, seu terminus, cum Scaniæ insignibus, videlicet scuto Gryphi caput coronatum præferente. Lemma additum: DANOS. DEVS. EXPVLIT. VLTOR. In imo inscriptum: D. 28. FEBR. A. 1710.

N.

Effigies Regis, cum epigraphe: CAROLVS. XII. D. G. REX. SVECIAE.


Sol nubibus obsitus; inferiùs apparet pars globi terrestris tribus Coronis & anno, quo Numisma cusum, sic: A. 1711. insignita. Epigraphe addita: SERENA. CVPITA. REDVCAM.

Num-














El. Brenner 1706.

Nummi extra Patriam fabricati.

CAROLI XII. T. I. *N.* 1.

Anticâ parte repræsentat Regis imaginem, cum inscriptione: CAROLVS. XII. DEI. GRATIA. REX. SVECIAE. 1700.

Posticâ Leonem exhibet, qui Elephantum, Taurum atque Aquilam, scutum cum duobus ensibus decussatim positis in pectore habentem, sibi subjecit. Suprà apparet Sacrosanctum DEI nomen, radios spargens. Lemma: GOTT. VND. ICH. SEIN. 2. VND. SCHLAGEN. ALLE. 3. In imo loco hæc legimus verba: DAS. VERHÆNGNIS. VB: TRIFT. DIE. RATHSCHLÆGE.

T. I. *N.* 2.

Caput Regis laureâ Coronâ ornatum, talique verborum circulo inclusum: CAROLVS. XII. D. G. SVEC. GOTH. VAND. Rex VBIQVE. VICTor.

Rex Carolus, cum gladio evaginato in dexterâ, obeqvitans, atque copias suas alacriter excitans ad fortiter oppugnanda Moscorum castra, quæ in proximo unà cum Vrbe superscriptam Vocem NERVA (pro NARVA) habente, conspiciuntur. Epigraphe hæc est: REDVX. DANiâ FVGAVit POLONos. DELEVit RVSSos. In imo: MDCC.

T. I. *N.* 3.

Tres Coronæ suprà, atque duo colligati Lauri ramuli infrà, nec non intermedia hæcce Verba, quatuor comprehensa lineis rectis: VIVANT. 3. CROHNEN. DIE. TAPFER. BELOHNEN. DER. FEINDE. NICHT. SCHONEN. Quæ omnia hoc Lemmate circumsepta sunt: ES. IST. FRIEDE. VND. IST. KEINER. DAS. MACHST. DV. VND. NOCH. EINER. MDCC.

Junctæ Manus tres superiùs, atque duæ complicatæ serpentes inferius, prætereaque intermedia Verba hæcce, quatuor lineis rectis;

ctis: WAS. DIESE. BESCHLIESEN. THEILS. OFFENDLICH. BÜSSEN. WIRD. IEDERMAN. WISSEN. Quæ cuncta hocce ambit Lemma: WIR. DREY. HABEN. EINEN. SINN. SPIEGELT. EVCH. AN. DEM. GEWINN.

T. II. *N.* 1.

Icon Regis, cum hocce Titulo consveto: CAROLVS. XII. D. G. REX. SVECIAE.

Leo erectus, cum Epigraphe: PAR. ANIMO. ROBVR. Inferiùs positum scutum coronatum quadripartitum Sveo-Gothicum, cum scutulo interiore, itidem quadripartito, gentilitio: in intimo tamen loco haud apparet minus scutulum, cum Leone, qualem Comites Palatini gerere amant.

Extremum Marginem hæc Vocum series suo amplexatur circuitu: QVO. IVSTIOR. ALTER. NEC. PIETATE. FVIT. NEC. BELLO. MAIOR. ET. ARMIS. VIRG.

T. II. *N.* 2.

Regis effigies. CAROLVS. XII. D. G. REX. SVEC.

Hercules, Leonis indutus exuviis, cum clavâ in manu sinistrâ, inter duas Columnas medius. Adscriptum Lemma: NON. HÆC. VLTIMA. META. LABORVM. Infrà positum: XII. LABORES. HERCVL. Hæc cuncta 12. Clypeorum series ambit, totidem præferentium Inscriptiones. Videlicet: DESC. IN. SEEL.-PAX. TRAVENTH.-NARVA.-RIGA.-TRAI. DVNÆ.-PVLTOFS.-CLISSOW.-THORVN-LEMBERG.-GRODNO-FRAVSTAD.-PAX. ALTRANST.

T. II. *N.* 3.

Seciæ & Poloniæ Regum Insignia, Regiis Coronis, intermedium sertum laureum habentibus, operta. Adscriptum suprà: VIRTVTE. CONCORDES. CONCORDIA. INVICTI. Infrà: SVECIAE. ET. POLONIAE. REGNORVM. AETERNVM. FOEDVS.

Navis


CAROLVS XII D. G. REX SVECIAE.
QVO IVSTIOR ALTER NEC PIETATE FVIT NEC BELLO MAIOR ET ARMIS. VIRG.


PAR ANIMO ROBVR.


CAROLVS XII D:G:REX SVEC.


NON EST ULTIMA META LABORUM
XII. LABORES HERCUL
DESC. IN SEE.
NARVA
RIGA
PUL TOIS
THO RUN
GROD NO


VIRTVTE CONCORDES CONCORDIA INVICTI
SVECIAE ET POLONIAE REGNORVM AETERNVM FOEDVS


LUCIS SPES CERTA SERENE
CASTOR
POLLVX
CAROLI XII STANISL.
ÆTERNA AMICITIA

Navis mari fluctuoso jactata: suprà duæ comparent stellæ, cum adscriptis vocibus: CASTOR. POLLVX. Lemma additum: LVCIS SPES CERTA SERENÆ. In imo exstat: CAROLI. XII. ET STANISL. ÆTERNA AMICITIA.

Nummi usuales.

Aur.

Caput Regis. CAROLVS. XII. D. G. REX. SVE.

Duplex C coronatum, inter Coronas tres. Inscr: FACTVS. EST. DOMINVS. PROTECTOR. MEVS. Infra: 1716.

Argentei.

Thaleri.

N.

Effigies Regis à sinistrâ parte conspicui. Inscriptio: CAROLVS. XII. REX. SVECIÆ.

Scutum coronatum, quadripartitum, cum Insignibus Sveo-Gothicis ac Palatinis. Illud duo sustinent Leones coronati. Inscriptio. Med Guds hielp. Infrà Ann. 1707.

N.

Eo differt, quod Regis habet effigiem, à parte dextera conspicui.

Marcæ.

N.

Icon Regis. Inscr: CAROLVS. XII. D. G. REX. SVE.

Scutum Sveticum coronatum, addito valore 4. M. Inscr. DOMINVS. PROTECTOR. MEVS. 1716.

N.

Adver-

Adversa similis.

In aversâ tres Sveonum Coronæ, cum annno: 1716. ac valore: 2. M.

N.

Magnitudine ac valore 1. M. discrepat.

Quinque Oræ.

N.

Litera C duplex, coronata, cum subscripto anno: 1707. Inscriptio: DOMINVS. PROTECTOR MEVS.

Tres Coronæ, cum valore: 5. ÖR. S. M.

Duæ Oræ.

N.

Siglæ C. R. S. cum impositâ Coronâ Regiâ, intra Lauream.
Tres Coronæ, cum anno: 1716. ac valore: 2. ÖR.

Ora.

N.

Litera C. cum numero XII. coronata, in Laureâ.
Coronæ Svethicæ. Add. 1717. atque 1. ÖR.

Æreus.

N.

Coronæ Svethicæ literis C. XII. R. S. atque anno 1716. stipatæ.
Clypeus coronatus cum Leone Gothico; additus valor $\frac{1}{6}$ ÖR. S. M.

FINIS.



LI-

LIBELLUS
De Nummophylaciis Sveciæ: De Scriptoribus rei Nummariæ Svethicæ;
Atque de Thesauris, seu variis vetustorum Nummorum cumulis, passim per Sveoniam fortuito casu repertis.

COronidis loco præcipuorum, quæ in Sveciâ conspiciuntur, Nummophylaciorum, indicatis eorum Possessoribus, nobis nunc pertexendus est Catalogus. Inter hæc jure suo eminet Regium; cujus varia in antecessum referre fata, non ab re forsan erit. Quæ ante tempora Gloriosissimi Regis Gustavi Adolphi in Archivis Regiis, vel ob raritatem, vel antiquitatem, vel pretium, custodita fuere numismata, illis immensa & incredibilis facta est accessio ex spoliis Germaniæ, & præsertim ex variis Nummophylaciis Imperatoris Rudolphi II. Pragæ alibique adornatis. Imaginari facilè unusquisque poterit, quàm jucundum eruditis oculis spectaculum hæc tam pretiosa omnis generis & metalli numismata exhibuerint. Inæstimabile illorum pretium dicet, qui ea statim post deplorabile fatum Gustavi Adolphi Magni collustravit, Carolus Ogerius, Illustrissimo Claudio Memmio, Legato Gallico, à Secretis, inter exteros Vir clarus; cujus consulendæ *Ephemerides*, *sive Iter Danicum*

nicum, *Svecicum & Polonicum.* Paterni Imperii fasces postquam occupaverat Regina Christina, Tutoribus & Aulicis suis nimium forrassis in hunc Thesaurum incomparabilem licere voluit liberalissimæ indolis Princeps: quam etiam erga Viros eruditos, undique terrarum maximis præmiis ad se accitos, adhuc prolixiùs testata est, liberâ illis, ex Nummothecâ Regiâ, quicquid placeret, eligendi facultate concessâ. Sed maximum & irreparabile tum denique cepit isthic Thesaurus detrimentum, cùm ab ipsâ Reginâ, coronam deponente patriam, & exoticas meditante terras, pretiosissimis suis & rarissimis exutus fuit ornamentis. Ex nummis infinitis aureis, argenteis & æreis, tam Græcis quam Romanis, iisque tum Consulum, tum Imperatorum aliarumque illustrium familiarum, nihil ferè reliquum fuit præter geminos (vulgò *Doubletter*) & simulatos (vulgò Copier) atque inter Nummos hosce superstites præcipuum locum obtinebant ii, qui cadente Imperio Romano, cusi erant. Sed tamen hæ reliquiæ haud contemnendum conficiebant nummorum acervum: unde quanta ejus olim amplitudo ac vastitas fuerit, haud difficile erit conjicere. Nec hic substitit fati inclementia, quam expertum fuit Cimeliarchium hoc Septentrionale. In continuis, quamvis felicibus, bellis, totum consumtum est regnum Caroli Gustavi; hic inter Heroas, arte & Marte claros, non ultimus, illam eruditionis partem, quæ ex re nummariâ hauritur, nunquam apud nos interire passus fuisset, nisi mors inopina tanti Regis & victorias & alios successus conatusque terminâsset. Thronum deinde conscendit Princeps impubis: atque iterum patuit desideriis Gratiosorum Gaza hæc Regia. Bellum mox subsecutum, idque atrocissimum, at triumphis Invictissimi Regis Caroli XI. Gloriosissimæ memoriæ, maximè memorabile: ac lauro denique addita est oliva. Firmando & stabiliendo regno deinceps totus incubuit Rex Maximus atque indefatigabilis: & compositis ordinatisque rebus aliis, quarum seriem, ne dicam laudationem, ingentia vix capient volumina, etiam hoc nostrum studium, licet paulò seriùs, mitis tamen respexit. Nam haud diu antequam è vitâ discederet, Anno nempe 1696. Viros priscæ rei nummariæ studiosissimos, Illu-

strıs-

ſtriſſimum videlicet Generoſiſſimumque Dn. Comitem, Carolum Wrede, Perilluſtrem Dn. Joh. Gabr. Sparfwenfeldt, Nobiliſſimum Dn. Nicolaum Keder, meque conſtituit, qui certis diebus hîc (Holmiæ) in Palatio conveniremus, dictumque cenſum nummarium Regium, Romanos præſertim vultus, at mutilâ ſerie oſtendentem, accuratiùs inſpiceremus ac in juſtum redigeremus ordinem. Nec dici poteſt, quantâ ejus ſtudii captus erat voluptate. Cùm enim nos modò commemorati, quibus id negotii commiſſum erat, noſtro perfungeremur munere, Auguſtiſſimus ille, rebus aliis altioris momenti ſepoſitis, ſæpiſſimè Regiâ ſuâ præſentiâ noſtrum beans ſodalitium, nummos magnâ cum delectatione inſpexit; quàm ſibi curæ cordique eſſet futura elegantiorum artium in regno ſuo cultura, ſi diutiùs ſupervixiſſet, nobis & poſteris, vel unico hoc exemplo ſatis ſuperque teſtatus. Miſerat quoque paulò anteà certos homines in Belgium, ad redimendam ingentem numiſmatum pretioſorum copiam, illic â Reginâ Chriſtinâ una cum aliis cimeliis olim oppignoratam. Quæ priori cenſui addita, itidemque à nobis perſpecta, Romæ etiam ſuos debere natales, deprehendebatur. Adjecit prætereà Nummophylacium haud vulgare, Romanis ſimiliter refertum numiſmatibus, quod S.æ R.æ Majeſtati unà cum Bibliothecâ ſelectiſſimâ vendiderant hæredes Dñi Jacobi Gyldenklo, Viri & Nobilis & docti; ad quæ pariter recenſenda, eadem à nobis opera tunc collata eſt. Et profectò hanc munificentiam Regiam adhuc auctiorem ſenſiſſent Muſæ manſvetiores, ſi Cœlum, unde demiſſus erat, non tam ſubitò repetiſſet Divinus Heros, ac Clementiſſimus, quem meritò flevimus, Patriæ Pater. Ut aliis exemplis, quæ fortè vel majora, vel illuſtriora ſunt, ſuperſedeamus, liceat nobis hîc vel balbutiendo prædicare Incomparabilis hujus Regis, de noſtro coëmendo nummophylacio Sveçano inſtitutum; de quo noviſſimè antequam è terris migrabat, plus unâ vice ſermones nobiſcum miſcuere quidam ex ordine Purpuratorum. Quod certè inſtitutum erat Regium, & Rege Majorum ſuorum gloriæ regnorumque ſuorum laudis ſtudioſiſſimo, verè dignum. Borealibus terris nunc imperat Carolus XII. Au-

gustus & invictus, qui cùm Antecessores suos non minùs sapientiâ quàm virtute bellicâ æquiparet, speramus fore, ut, post redditam tandem nobis almam Pacem, cujus flagrantissimo tenemur desiderio, sub tam sereni Principis umbrâ Literæ vigeant, earumque Cultores haud otiosi jucundissima agant otia. Qui ut diu ac feliciter regnet, uno ore omnes Sveciæ Cives, & nos, illorum pars minima, ardentissimis à summo & æterno Numine precibus petimus. Cæterùm (quod & hoc loco commodè annotari potest) ex fortuitò repertis passim in Patriâ Thesauris, complures quoque Nummorum veterum, nostratium ac alienigenorum, cumuli in Regium Antiquitatum Sveo-Gothicarum Archivum illati sunt, quorum custodia eximiæ laudabilique fidei Regii Secretarii & Antiquarii, Johannis Peringskioeldii est commissa; imò etiam inclyti hujus Viri curiosæ ac diligenti investigationi magna illorum pars accepta referenda est.

Claudius Flemming, Comes olim & Senator Regius, quo nemo, dum vixit, apud Regem Gloriosissimæ memoriæ, Carolum XI gratiâ valuit majore, Cimeliarchium, ex nummis & numismatis, cùm Romanis tum Patriis, constans, magno studio acquisivit. Romanorum principem ferè partem constituebat Nummophylacium Gripenhielmianum, cujus præcipua portio, consensu hæredum, ad illum fuit derivata. Fuit olim Edmundus Gripenhielm Vir Senatorii ordinis, juventutis Gloriosissimi jam memorati Regis Moderator, in omni genere doctrinæ probè subactus, & Antiquitatum præcipuè Romanarum callentissimus; & hunc Carolus Patin, in suâ ad historiam numismatum introductione, corrupto paùlum nomine, vocat *Grippiel:* id quod Viro extraneo facilè condonandum. Edmundi istius Filius, Nicolaus Gripenhielm, Dalekarliæ olim Gubernator, veterum Numismatum quoque, non solùm Romanorum, verùm etiam Svecanorum, intelligens erat æstimator, felixque indagator ac collector. Ad Patrios verò prædicti Flemmingi nummos quod attinet, illos ipse partim coëmit, partim dono accepit ab innumerâ clientum turbâ, quæ ad tantum rerum Procerem, harum lautitiarum amantissimum, undique confugiebat. Tantâ enim illorum voluptate perfusus erat, ut, quoties-

tiescunque à gravi negotiorum mole, quibus ob fidem ſibi habitam à Rege obruebatur, ſecederet, non alio, quam ad ſuum diverteret Nummophylacium, & in eo otium quæreret. Integrum adhuc ſupereſſe dicitur apud hæredes, Filiumque natu majorem, Hermannum Flemming, in id laborare, ut à ſe non abalienetur.

Wilhelmus Julius Cojet L. B. Regiæ Aulæ Cancellarius nunc vitâ defunctus, inter majores ſuos numerabat quendam Gilium Cojet, tempore Regis Johannis III. rei monetariæ Præfectum. Is, utpote qui erat lautioris rei, elegantiſſima & pretioſiſſima numiſmata Svecana, cùm argentea, tum aurea, undique conquiſivit, atque ex rarioribus matricibus in officinâ monetariâ repertis, quæ illo tempore plurimùm nummos formabant argenteos, propriæ voluptatis cauſâ, aureos cudi curavit, & exinde peculiare confecit Nummophylacium. Quod jure hæreditario ad ſe devolutum dictus modò Aulæ Cancellarius, pro eâ, qua pollebat, judicii ſubtilitate & doctrinæ præſtantiâ, egregiè auxit & curioſis inſpiciendum præbuit.

Johannes Lillienſtedt, L. B. Oſtro-Gothiæ Gubernator, Vir eruditionis ſolidæ & prorſus eximiæ, etiam hanc literaturæ partem amavit, & non vulgarem operam in colligendis numiſmatibus patriis, tum antiquis, tum novis, poſuit. Nummophylacium illius, cum ſit mole exiguum, & ſelectiſſima contineat numiſmata, quæ ad illuſtrandas res & hiſtorias noſtras potiſſimùm conducunt, meritò *Muſeum portatile* vocaveris. Quod cùm nobis, pro eo, quo flagrat promovendi boni publici ſtudio, nunquam non voluerit eſſe apertum; imò etiam nos non petentes, uno alterove nummo rariſſimo, ac nobis vix alibi obſervato, ſæpenumerò ditaverit, liberalitatem illius hac occaſione dememiniſſe noluimus.

Guſtavus Râlamb, L. B. Regiæ Aulæ Mareſchallus, non modo diligenti ac fructuoſâ Librorum evolutione, ſed & curioſâ Numiſmatum conſideratione, mirum in modum crebrò delectatur. Operæ propterea ac impenſæ haud parcens, Libros rariſſimos exquiſitiſſimoſque, nec non Nummos Svecanos vetuſtiores ac recentiores, oblatâ occaſione, undique conquirere neutiquam negligit. Inter Nummos, quos habet, oſtenduntur non pauci adeò rari, ut tales apud alios Curioſos noſtrates fruſtra quæras.

Steno Arfvidsson, Chiliarcha, variarum linguarum, atque in iis Arabicæ etiam, Turcicæ ac Persicæ bene peritus, scientiæ rei nummariæ Svecanæ egregiam quoque dat operam, proindeque elegantem Nummothecam studiosè apparare atque adornare instituit. Ibi inter alios rariores Nummos Sveticos excellit Gustavi Adolphi Magni ille ovatâ formâ Norimbergensis, quem superiùs in Thesauro descripsimus.

Henricus Herdenhielm, Supremi Dicasterii Stokholmiensis Vice-Præses, vitâ nunc defunctus, in literis humanioribus & scientiâ juris patrii excellebat, valoremque priscæ monetæ, quæ illic ubique ferè allegatur, eò exactiùs indagaturus, ex illa elegantem sibi comparaverat seriem. In qua cùm rarissimum & mihi nunquam alibi visum numisma Johannis III. ad valorem 40. ducatorum, eum in modum, quem suprà in Thesauro descripsi, ascendens, reperiatur, de reliquis judicare nummis, cuivis promtissimum est.

Johannes Wattrang, Vice-Præses Supremi Dicasterii Holmiensis, numismatum & nummorum Svecanorum copiam congessit haud exiguam, quam liberalitas Soceri, Davidis Klöker Ehrenstrahl, Intendentis Aulici & Pictoris Regii, mirum in modum adauxit. Ipsi enim, cum nemini in hac arte per totam Europam esset secundus, à Regibus, Reginis, Principibus, aliisque illustribus ac splendidioris fortunæ hominibus rariora subinde dono data sunt Numismata.

Comes Fridericus Stenbock, Judex Provincialis Westmanniæ, Vir bonus, nunc Cœlo receptus, cùm, more hominum illustri loco natorum, Gallias, Italiam, aliasque terras exteras peragrâsset, inter alios eum quoque peregrinationis fructum in patriam suam retulit, ut ex numismatibus Romanis in itinere congestis, Cimeliarchium appararit non vulgare. Hoc, additis Nummis Svecanis, singulari diligentiâ à se postmodùm collectis, nec non aliis rebus pretiosis multùm auxit, ac novissimè magnâ accessione eximiorum numismatum Romanorum, quæ ab Affine suo, Dño Nicodemo Tessin, nunc Illustrissimo Comite ac Regio Senatore, dono acceperat, locupletavit.

Olaus Törnflycht, Aulæ Regiæ primarius Ceremoniarum Magi-

Magister, in itineribus externis, varia non obvia numismata gnaviter sibi comparavit, feliciterque in Patriam intulit. Inter hæc elucent quæ sunt Pontificum Romanorum. Cæterùm exstant Nummi, sed paucissimi, in parte adversâ insigniti ipsius Capite, & hac Epigraphe: OLAVS. TÖRNFLYCHT. Aversæ partis hæc est nota: Rubus caninus (quem aliàs Cynorrhodon vocant) floribus & spinis conspicuus, qui prosiliente aquâ è vasculo irrigationi subserviente, quod manus è nubibus protenta tenet, conspergitur; nec non Epigraphe: COELVM NOS ARMAT ET ORNAT. Hi nummi omnes, Thaleri Imperialis modum aliquantò excedentes, non quidem cusi sunt, sed ad exempli, ex cerâ, super orbe vitreo, à Celeberrimo Numismatum Cælatore, Benedicto Richtero, perbellè ficti, similitudinem tam scitè ab hoc ipso artifice fusi, ut nitore cusis haud ferè cedant. Eorum unus in Musæo Kederiano, inter alia eximia, conspicitur.

Jacobus Cronstedt, Regius Cubicularius, pretiosissimum nummorum & Romanorum & Patriorum possidet Thesaurum. Illos partim à Fratre habuit natu majore, Andreâ Oldermann, cum hicce in vivis esse desineret, partim ipse peregrè summâ diligentiâ conquisivit; hos verò habuit aliunde.

Ericus Vtterhielm, Cubicularius Regius, non contemnendam etiam Nummorum veterum Svecicorum seriem, qua se recrearet ac reficeret, olim collegerat; at nunc magis pingendi arte, quam subinde felicissimè exercet, capitur.

Martinus Nyman, circa vitæ exitum Consul Holmiensis, magno sumtu tantum sibi comparavit numismatum Svecicorum apparatum, quantum vix alius quisquam. Loquor solùm de numismatibus, tam ex auro, quàm ex argento, recentioribus, nec tempora Gustavi I. præcedentibus. Hanc suam supellectilem nummariam, quam nunc possidet Magnus Bromelius, Olai Filius, Medicinæ Doctor, variis ornavit rebus aliis, in quibus vel ars, vel natura, vel utraque aliquid singulare ac mirabile extare voluit.

Martinus Tœrnhielm, Arcium Prædiorumque Drotningholmensium & Swartsiœensium Præfectus, tam vastæ curiositatis, ut omnis propemodùm generis (sive Naturam sive Artem spectes) rebus

bus inſpectione atque cognitione dignis, Libris nempe, Numiſmatis, Picturis, Signis antiqui operis, Gemmis, Conchyliis &c. & in Patriâ & extra eam, per longinqua itinera, haud ſine multo labore ac ſumtu conquiſitis, Muſeum in Prædio ſuo *Malmæwijk* inſtruxerit pernobile. Ritè in illud convenit Tetraſtichon Kederianum, in Tabellâ æneâ ad introitum appenſâ inciſum, quo iſthæc Muſarum Sedes ſpectaturos alloquitur:

Quisquis aves miſeræ curas ſecludere vitæ,
Huc ades, inque meas inſere te latebras;
Mirè oblectatus mirabere namque recluſum hîc,
Naturæ ac Artis quicquid in Orbe latet.

Hoc loco minimè prætereundum nobis videtur Cimeliarchium *Schefferianum*, cujus meminit in libro cit. Carolus Patin. In laudes Joannis Schefferi, Profeſſoris olim Vpſalienſis, cujus famam & merita univerſus loquitur literatus orbis, nunc quidem ire nec volumus, nec poſſumus; ſed tamen quantâ veneratione beatos ejus manes adhuc proſequamur, diſſimulare nos non decet. Hic enim, utpote qui de noſtri propenſione ingenii omnium optimè judicare poterat, auctor nobis primus fuit ad amplectenda hæc, quæ nunc tractamus, ſtudia; atque, inſtar Parentis, nobis ex animo bene cupiens, omnia ea, ſive principia, ſive adjumenta, quæ ad graphicen & rei nummariæ ſcientiam, in quarum utraque eminuit, facere videbantur, candidè nobis ſubminiſtravit. Sed, ut ad nummos revertamur, Romanos, Germanos ac Patrios exquiſitiùs collegit & tantò in pretio habuit, ut nulli parcens ſumtui, Muſéum ſuum, in quo illos recondiderat, fornice lapideo & foribus ferreis ab incendio tutum præſtiterit. Servantur illi adhuc, ut audimus, ſarti & tecti penes ejus hæredes. In his Filius, Petrus Scheffer, L. B. Gubernator Sudermanniæ, in ſuâ fructuoſiſſimâ peregrinatione elegantem etiam ſibi comparavit Seriem Numiſmatum Romanorum ex ære, quibus animum gravioribus negotiis intentum, remittere ac relaxare ſolet. Celeberrimi autem iſtius Joannis Schefferi memoriam æternùm conſervat Nummus, Operis Karlſteniani, ejusdem-

que

que circiter cum Thalero imperiali magnitudinis. Adverſus habet imaginem, cui adſcriptum: IOAnnes SCHEFFER9 ARGentoratenſis, PROFeſſor VPSALienſis. Averſus Aratrum uſu detritum ac fractum, cum addito Lemmate: SERVIENDO. ALIIS. Infrà annus à CHRISTO nato indicatur, his notis: MDCLXXIX.

Nicolaus Keder, Regii, quod priſcarum Gentis noſtræ rerum indagandarum gratiâ apud Holmienſes conſtitutum eſt, Collegii Aſſeſſor, permultos veteres ſelectiſſimos rariſſimosque, tum patrios, tum externos, Romanos, putà, Teutonicos, Anglicanos, Danicos, Norvegicos ac Ruthenicos ſeu Moſcoviticos, inque his poſtremis novos inſuper, Nummos, partim hîc, partim peregrè paſſim, ſummâ diligentiâ coacervavit, quorum accuratâ contemplatione, tanquam jucundiſſimis Spectaculis, mentem pariter atque viſum impenſè oblectare ſæpenumerò ſolet. Quin etiam eosdem Commentationibus illuſtrare, atque enucleare, quantum licet per valetudinem (qua jam inde ab incunabulis admodùm adverſâ eſt uſus) haud negligit. Nummi iſti Romani ab ipſo ad Perilluſtrem Dñm Chriſtianum von Staude, doctiſſimum talium priſci ævi reliquiarum æſtimatorem, eas nempe pro gemmis habere ſolitum, nuper emtionis jure pervenerunt. Anglicanorum autem (qui novis incrementis magis magisque felicitèr augeſcunt) Nummorum Catalogum cernere datur in Nov: Lit. Mar. Balth. ſub A. 1705; at locupletiorem, Opuſculo ſubjunctum, quod inſcribitur: *Nummor. in Hiberniâ, anteqvã hæc inſula, ſub Henr. II. Angl. Rege, Anglici facta ſit juris, cuſorum Indagatio per N. K.* Editum eſt Lipſiæ A. 1708. Reliquum eſt, ut hoc addam. Kederi Effigies in trium generum Numiſmatis eleganter conſervatur. Quippe ſunt, quæ in parte anticâ habent ipſius Caput, cum Epigraphe: NICOLaus. KEDER. HOLMienſis. ANTIQVARius. in parte verò poſticâ ſtellam, cum Epigr. IN. TENEBRIS. LVCEM. nec non annum Æræ Chriſtianæ his numeralibus Notis: 1697. Symbolo iſto indicatur, quod Antiquitatum tenebras ſcriptis Kederus illuſtret. Iſthæc magnitudine ferè Thalerum Imperialem æquantia, Cælatorem agnoſcunt Karl-

K k ſteni-

ſtenium. Sunt porrò, quæ ab unâ parte iſtud Caput alia ratione, & quidem perfecto expletoque omnibus numeris ſuis ac partibus artificio Karlſteniano commonſtrant, nec non inſcriptionem: NIColaus KEDER. ab alterâ autem parte Monogramma Nominis CHRISTI inter A & Ω, in clypeo, quem Lemma ambit: ISTHOC. TVTAMINE. SALVVS. Sunt denique, quæ à latere adverſo ſecundis prorſus reſpondent; exhibentia à latere averſo, quem iſthic Antiquarius, à Sacrâ Reg. Majeſtate nuper nobilitatus, gerit Clypeum, cum Lemmate: NOBILIS. QVI. BONVS. Media hæcce & ultima, quorum partes averſæ à non incelebri Artifice, Carolo Guſtavo Hartman, Holmienſi (qui Karlſtenium prævium habuit Magiſtrum) ſunt cælatæ, amplitudine ac craſſitie Denarium Romanum vix ſuperant.

Ericus Benzelius Junior, Reverendiſſimi apud noſtrates Archiepiſcopi, Erici Benzelii Filius, Bibliothecarius Vpſalienſis, in ipſo juventutis flore, magno animi ardore hoc noſtrum ſtudium amplexus, Nummothecam ex monumentis patriis egregiam brevi temporis ſpatio inſtruxit. Et in ſuo apud exteros itinere tam diligentem harum rerum ſcrutatorem ſe præſtitit, ut nummos non paucos, ex iis, qui antehac unici hîc ſunt habiti, in Patriam transmiſerit. Cumque eruditioni variæ, cujus famam & laudem non levem dudum nactus eſt, ſeriò vacet, nec illam ſit deſerturus, quæ ex notitiâ nummorum provenit, auguror quoque fore, ut, ſi quis alius, is rectè veſtigia noſtra legat, &, poſt fata aliquando noſtra, ſcientiam hanc rei nummariæ patriæ, quæ hactenus in tenebris delituit, ad poſteros transmittat.

Matthias Edenberg, Vir nobilis ac eruditus, jam mortuus & beatus, hiſtoriam rei nummariæ Romanæ ut optimè calluit, ita in hac ſibi comparandâ & ordinandâ maximè fuit induſtrius. Hujus Viri collectio inter optimas, quæ in eo genere hîc viſuntur, cenſeri meretur; nam diligentiam in illâ poſuit eximiam, tam in itineribus ſuis apud exteros, quam hîc, poſt reditum in patriam.

Olaus Bromelius, Med. Doctor & Civitatis Gothoburgenſis

ſis Phyſicus Celeberrimus, huic ſtudio per totam ferè vitam ſuam adeò deditus fuit, ut omnem promiſcuè monetam, tam priſcam quam recentem, tam externam quàm domeſticam, prout ſors & occaſio illam ſiſteret, in Nummothecam ſuam reponendo, tantum omnis generis nummorum coacervaverit, quantum unquam res ejus familiaris ferre valeret. Regias opes deſiderare quidem mihi viſus eſt ſcopus tam vaſtus, ſi ad perfectionem tendere debuiſſet; attamen fatendum eſt, quod utilitate ſuâ neutiquam caruerit hæc tam generalis collectio, quandoquidem apud dictum Bromelium permulta exſtiterunt numiſmata raritate non minùs quàm pretio ſuo commendabilia. Nec minùs ſegnis fuit is ipſe in conquirendis omnis ferè generis rebus aliis, quæ inter curioſa artis & naturæ meritò haberi poſſunt. Totam iſthanc Collectionem decedens Filio reliquit unico (anteà à nobis memorato) penes quem quæ in illâ ipſi viſa ſunt ſelectiora ac rariora, adhuc conſpiciuntur.

Meritâ cum laude hîc commemorandus eſt horumce Cimeliorum, cùm viveret, amantiſſimus Georgius de Beſche, Pater, Dominus de Forsmark, ſiquidem non minori ſumtu quàm ſtudio Nummos, tum Svecicos remotioris ac propioris ætatis, tum veteres Anglicos, ſemper aliquid addiſcendi cupidus, ſibi paraverat, qui ab Hæredibus etiamnum diligentiſſimè cuſtodiuntur.

Arvidus Karlſteen, Cælator Numismatum Regius, in recentioribus Nummis memorialibus exquiſitè conquirendis ſuam exercuit induſtriam. Neque enim omnes curavit, nec patrios ſolos, ſed ex cunctis variarum gentium nummis præcipuos ſelegit, in quibus aut Artificis enitet ſolertia, aut aliquid exhibetur memorabile. In quo eò feliciùs verſari potuit, quod excellentiſſimis ſuæ artis hominibus, qui nunc florent, accenſetur. Diligentiſſimus pariter fuit in colligendis iis omnibus, qvæ vel luſus naturæ, vel opera exquiſiti artificii nuncupantur. Et huic ſuæ collectioni præſertim addidit varias varii generis picturas, tam aliorum quàm propriâ manu elaboratas.

Neutiquam hîc ſilentio prætereundus eſt inſignis Numiſmatum Cælator, Reimundus Faltz, Holmienſis, quippe qui, per-

multa recentiorum temporum variarumque gentium fabrefacta & eximia Numiſmata Symbolica, à curioſâ ſua externarum Regionum peragratione redux, huc (Holmiam) intulerat; quæ tamen poſtmodùm hinc Berolinum exportata ſunt, ubi fato conceſſit.

Carolus Ludovicus von Schantz, præter pingendi, clypeosque metallis ac coloribus inſigniendi & deſcribendi artes, in quibus egregiè ſeſe exercet, in hoc noſtrum ſtudium nummarium quoque magno incumbit animi impetu, multùm adjutus liberiore acceſſu ad Soceri ſui, ſuperiùs commemorati Tœrnhielmii, nobile Muſéum, quippe quod ipſi, quoties vult (vult autem creberrimè) patet.

Petrus Baillet, Civis olim Holmienſis, nunc Nycopienſis, avidæ admodùm curioſitatis Vir, magnum congeſſit poſſidetque & vetuſtorum & novorum Sveciæ Nummorum acervum, ubi ſanè nonnullos præſtantiſſimos videre datur, qualesque vix ac ne vix quidem alibi invenies.

Curioſâ induſtriâ Viti Engelhardi Schrœderi, Norimbergæ nati, Aurifabri ac Civis Stokholmienſis, binæ haud inelegantes Series, argentea & ærea, antiquorum numismatum Imperatorum Romanor. ad animi relaxationem collectæ ſunt. Iis ſubjunxit propioris ævi Nummorum Symbolicorum, à præſtantioribus Artificibus fabricatorum, non exiguum numerum. Hæcce collectio apud curioſi iſtius Viri, nunc mortui, hæredes delitefcit.

Tandem aut negligens, aut nimis modeſtus videri poſſem, ſi meum Muſéum hîc ſilentio prorſus præterirem. Namque in eo, præter Nummos, longo annorum ſpatio, magnis ſumtibus & curâ non vulgari à me congeſtos, curioſè aſſervantur complures vetuſti Codices Mss. copia lapidum pretioſorum haud exigua, in quibus raro ſpectaculo & ad ſtuporem ſanè Natura ludit, nec non rerum artificialium ex utráque Indiâ allatarum numerus ſatis ingens, ſelectorumque Conchyliorum centena & plura genera, quæ omnia inſpicientis animum magnâ perfundunt voluptate. Liceat & hoc addere. Mea Vxorisque meæ ſvaviſſimæ ac optimæ Facies etiam in Numiſmatis ſervantur. Namque in eorum unis à parte adverſâ con-

conſpicitur effigies mea, hanc habens Epigraphen: ELias BRENNER REGii COLLegii ANTiquitatum ASSeſſor. Inferiùs comparent Notæ Artificis annique: C. G. H. 1700. à parte verò averſâ cernitur Conjugis effigies, cum Epigr. SOPHIA ELISabeth BRENNER. In alteris pars adverſa unius ejusdemque cum ſuperiorum averſa parte eſt typi: atque pars averſa Laurum ſiſtit virentem, cum inſcriptione: CRESCIT. CVLTVRA. In imo Annus 1699. Numismata iſthæc cælaturæ ſunt Hartmannianæ, ac magnitudine dimidium Thalerum uncialem æquiparant. Præter hæcce, exſtant & alia egregii operis Karlſteniani, ſed parvula & bracteata, imaginem qvoque meam præferentia cum adſcriptis nomine cognomineque: ELias BRENNER, atque Anno: 1683.

*** *** ***

EGimus de Nummophylaciis noſtratium. Proximum eſt, ut Libros recenſeamus, in quibus res nummaria Svecana aut illuſtratur, aut ſaltem attingitur. Quorum licet perexiguus ſit numerus, eorum tamen quicquid reperire mihi licuit, id, qualecunque ſit, reticere aut diſſimulare nefas duxi. Anno 1663. Vir immortalis famæ, ac, in re nummariâ, eruditionis conſummatiſſimæ, Carolus Patin, Glorioſiſſimæ memoriæ Regi CAROLO XI. tunc impuberi, egregium ſuum de Familiis Romanis in antiquis Numismatibus Opus dono miſit, ſuumque de Regiâ Majeſtate & Populo Septentrionali præclarè merendi ſtudium & deſiderium, additis literis abundè expoſuit. Quæ cùm Viri extranei de noſtra gente judicium contineant perinſigne, illas hîc inſerere non pigebit.

Sereniſſimo Potentiſſimoque
CAROLO,
Svecorum, Gothorum, Vandalorumque &c.
REGI.

Et per alta montium, & per quantumvis immenſa locorum intervalla penetrat naſcens Tuæ Majeſtatis ſplendor, Rex Sereniſſime, à meque, in amotis terris nato, munus exigit ad fovendos Guſtavii ſangvinis igniculos idoneum. Hos dum Sereniſſima Regina, Ediwigia Eleonora, dum illuſtriſſimi, qui huic adſunt, Principes omni excolunt curâ, provehent profectò ad deſtinatos triumphos inſignes, quæ hoc libro deſignantur, Romanorum orbi imperantium Victoriæ; ut Tua Majeſtas non tantùm Domeſticis & viventium & mortuorum exemplis, ſed & omni hiſtoriarum celebritate, ad propagandam Auguſti Svecorum nominis gloriam, excitetur. Hujus quidem ſemper Victoris populi præclara adeò monumenta in numismatibus, à ducentis annis, cuſis elucent, ut, ſi Tu mihi, Rex Sereniſſime, juſſeris, meum ad Tuæ Majeſtatis venerationem addictum animum eo, qui ad unius Tui Regni decus ſpectet, libro, ſim declaraturus. Vale. Lutetiæ Pariſiorum IV. d. Octob. MDCLXIII.

Iſtâ certè Epiſtolâ nihil elegantiùs aut officioſiùs ſcribi potuit. Quid intereà, aut ante illa tempora, in noſtris locis præſtitum ſit, jam jam videbimus.

Delineatio quædam variæ monetæ aureæ & quidem vetuſtæ ac extraneæ, quæ in Sveciâ olim uſualis fuit, edita eſt in 4.to & 8.vo ſine nomine Auctoris, anno & loco impreſſionis ſimiliter omiſſo, ſed ætatem Guſtavi Adolphi præ ſe ferre videtur, & aliquot tantùm foliis abſolvitur. Figuræ nummorum lignis inciſæ rudem arguunt artificem; nec ulla, eaque vel minima, additur aut præfatio aut interpretatio. Titulum vernaculâ linguâ hunc habet: Athſkilligt gammalt och utländſkt Gullmynt i Swerige fordom gångbart. Annectitur appendix de monetâ veteri & extraneâ ex Electro fabricatâ, quæ in Sveciâ olim vetita erat. Ibi figuræ, pariter ac priores, rudes apparent.

Johannes Claudii Riſing, munimenti Svetici in Occidentali Indiâ Præfectus, in ſuâ, quam de commerciis concinnavit, Epitome, Capp. V. VI. & VII. ſingulari cum judicio generatim diſſerit de monetæ valore interno & externo, nec non uſu publico, nullâ tamen obſervatione pecuniæ noſtrâtis ſpeciatim additâ. Prodiit

diit Holmiæ A. 1669. liber ejus in 4.to Sveticâ lingvâ, & quidem hocce titulo: Et Uttåg om Köp-handelen eller Commercierne &c. korteligen sammanfattat af Joh. Cl. Rising.

Martinus L. Aschaneus, Parochus in Fredstada & Hammarby/ nec non Svethici Regni Antiquarius, tres libellos de monetâ Svecicâ adornare conatus est, qui manuscripti in Archivo Regio servati fuerunt. Operæ pretium vix duxissem, illorum mentionem hîc facere, cùm ferè nihil aut parum, præter speciosos titulos, inspicienti exhibeant. Sed cùm in Schefferi Sveciâ Literatâ recenseantur, iniquus fortassis viderer, si illos sicco pede præterissem. Nulla in illis series integra Regum cernitur; & si quis Tiro in hocce studio nostro, quod quotidiè hîc magis magisque excolitur & efflorescit, quatuordecim tantùm dies nunc bene collocaverit, illum ego affirmo longiùs progressurum, quàm Aschaneum. Qui tamen in tantum mihi venit excusandus, quod nullum Ducem ac pauca adjumenta habuerit.

Joannes Schefferus, in Libro de antiquis verisque Regni Sveciæ Insignibus, attulit haud paucos veteres Nummos Sveticos, quibus validè probatur, illam à priscis inde temporibus tres Coronas pro Insignibus genuinis ac propriis habuisse.

Nonnulla, ad rem nummariam nostræ gentis pertinentia, disseruerunt Johannes Loccenius in Antiquitatibus Sveo-Gothicis, Johannes Stiernhöök in Opere de jure Sveonum & Gothorum vetusto, & Carolus Lundius in Notis ad jus vet. Uplandicum.

Petrus Dikman, peculiarem de Monetâ nostrâ conscripsit Libellum Holmiæ A. 1686. in 8.vo editum hoc titulo: Observationer, som kunna gifwa någon anledning til de forna Swenskars och Göthers Penninge-Räknings beskaffenhet/ uti många hundrade åhr tilbaka/ utur deras egne Handlingar/ Lager/ Afsteder/ Recesser, Kiöpebref/ Contracter och Räkningar utdragne af Petter Dijkman.

Nicolao Kedero hæcce, priscam rem nummariam Sveciæ illustrantia, accepta referuntur Opuscula:

1. Epi-

1. *Epistola ad Collectores Nov. Lit. Lubecenses, de Nummo aureo antiquo atque perraro, Odinum, ceu probabile est, ipsiusque Sacrorum ac Mysteriorum Signa & Indicia exhibente.* Inserta est Novis Literariis Maris Balthici, sub Anni 1700. Decembri. Hunc postmodùm Nummum hic noster multò ampliore Commentatione enucleavit, quæ prelo parata est.

2. *De Nummis Margaretæ, Svecor. Danor. & Norvegor. quondam Reginæ, Disquisitio.* Novis itidem Literariis Maris Balth. inserta est sub Aprili Anni 1702. Hujusce Disquisitionis conspectum Germanicè nobis dedit Clariss. Lehmannus in Observationibus historicis Hamburgensibus (in seinen Historischen Remarques) sub 4 Julii Anno 1702. At perperam ibid. *Oertugam*, seu *Ortugam*, alquoties Ör interpretatus est.

3. *De Argento* Runis, *seu literis Gothicis, insignito, quod in Camdeni Britanniâ, Anglicè nunc loquente & ampliatâ, literato exhibetur Orbi, Sententia.* Edita est cùm in laudatis Novis Lit. sub Julio Anni 1703. tum seorsim Lipsiæ, eod. anno, in 4.

4. Runæ *in Nummis vetustis diu quæsitæ, tandemque ibidem feliciter inventæ; seu de Nummis* Runicis *Commentatio.* Vulgata est Lipsiæ. A. 1704. in 4.

5. *Nummi aliquot diversi ex argento præstantissimi: nempe decem Olai* Sveci, *unus Anundi* Carbonarii, *ac unus Haquini* Rufi, *Sveciæ Regum; nec non unus Svenonis* bifidâ barbâ, *Daniæ Regis; Omnes Tellure Svecicâ olim absconditi, nuperque casu in apricum prolati* &c. Isthic Libellus Lipsiæ editus est Anno 1706. in 4.

* * *   * * *   * * *

ENumeratis jam Nummophylaciis, & rei nummariæ Scriptoribus, non alienum à scopo nostro videtur, Thesauros, quos longâ nocte sepultos varia in lucem produxit sors & occasio, hîc indicare & recognoscere. Thesaurorum verò nomine non mihi semper venient census ampli & magni, sed breves simul & parvi, quos quisque olim privatus, pro suarum ratione facultatum, instar

instar thesauri habuerit & in abditis locis recondiderit. Sed tamen dissimulare non possum, innumeros aut incuriâ Repertorum, aut inscitiâ eorum, quibus monstrati fuerunt, periisse: eorumque, qui hîc memorabuntur, alios integros, alios mutilos à me fuisse conspectos.

I. Anno MDXCIX. tempore Ducis Caroli, qui Rex ejus nominis Nonus posteà factus est, in Sudermanniâ, districtu Rönensi, & Parœciâ *Tisberg* nominatâ, terram fodiens rusticus ingentem invenit copiam monetæ bracteatæ, ex purissimo argento, & literis E vel M, initialibus elementis nominum Regiorum, Erici scilicet cognomento *Balbi*, & Magni, qui *Ladulås* cognominatus est, signatæ. Quam memorato Duci traditam, & huc demum translatam, adhuc Regium servat Antiquitatum Archivum.

II. Anno MDCLXXIII. cùm Calmariam, Urbem Smolandorum, viserem, Aurifaber quidam mihi retulit, rusticum illic in viciniâ invenisse thesaurum vetustum, & in illo nummos aliquot Arabicos ex argento, quos Aurifaber à rustico & ego deinceps ab Aurifabro impetravi. Horumce Nummorum memini in Prolegomenis ad meum *Thesaurum Nummorum Sveo-Gothicorum*, antehac editum.

III. Circa annum MDCLXXXIII. in manus Consulis Holmiensis, Olai Törne, Johannis F. thesaurus venit, quem rusticus in poste quercico portæ suæ reperit. Is prædium vetustum *Åmyra*, quod in territorio Westmanniæ & parœciâ *Huddunge*, prope Urbem Salam situm est, incolebat: &, cùm postem istum finderet cariosum & nimiâ vetustate adesum, prodibat in terebræ foramine occlusa crumenula, antiquis nummis referta, qui omnes ætatem superabant Reginæ Margaretæ. Mos enim signandi monetam primâ literâ nominis Regii, in medio trium coronarum positâ, ante illius tempora in desvetudinem abierat: atquin omnes hi nummi talem notam ab uno latere, & Leonem Gothicum ab altero ostendebant. Dictus Consul, Regni non minùs honori, quàm commodis, quovis modo consulens, ne hæc vetustatis monumenta ad hujusmodi rerum imperitos perveni-

rent, ſolers præcavit, dum genero ſuo, Dño Carolo Piper, nunc Comiti Senatoriâ purpurâ Illuſtriſſ. nec non Supremo Mareſchallo, ea tradidit diſtribuenda. Hicce verò partem illorum maximam peritiſſimo talium rerum æſtimatori, Illuſtriſſimo Claudio Flemming, de quo ſuprà diſſerui, & reſiduam mihi benignè conceſſit. Hunc denique felicitati meæ cumulum addidit Flemmingus, ut etiam ex illâ, quæ ſibi donata erat, parte mihi veniam concederet ea eligendi, quæ mihi deeſſe, vel à me deſiderari deprehenderat.

IV. Paucos annos antequam præcedens reperiretur Theſaurus, accidit, ut Vir qvidam, cùm in Auſtrali Holmiæ Suburbio fundamenta domûs novæ jaceret, multa millia nummorum argenteorum Erici Pomerani, in medio dirutorum ſaxorum, ab operariis inventa, acceperit: quæ ille ſtatim, utpote qvi paulò attentior ad rem ſuam eſſet, Aurifabro cuidam colliquanda dedit, ut inde vaſa argentea, neſcio quæ, conficeret. Focus jam erat excitatus, & prunæ candebant, cùm ego forte fortunâ hac de re certior factus advolavi, & è torrentis Vulcani faucibus prædam tam nobilem eripui: & qvia integram non potui, præcipuam tamen, & quæ meo uſui inſerviebat, liberavi. Nummos enim rariores omnes, quales aut non videram anteà, aut hiſtoria ſuos deſiderabat vindices, ſelegi & emi, amicisque coëmendos curavi, communioribus ac paſſim obviis tantum ſævo Mulciberis arbitrio relictis.

V. Anno MDCLXXXV. in Diœceſi Revalienſi, Diſtrictu Wikenſi & Lehalenſi, parœciâ *Karuſen* & prœdio Jervis in Eſtlandiâ repertus èſt pretioſiſſimus theſaurus: cujus maximam partem cum huc attuliſſet Prædii illius Præfectus Philippus Behm, ejus perluſtrandi copiam mihi fecit, nummosque aliquot præſtantiores, à me ſelectos, mihi conceſſit. Hujus etiam Theſauri memini in eisdem Prolegomenis.

VI. Anno MDCLXXXVI. menſe Junio, in Finlandiâ, juxta Urbem Aboam, in parœciâ *Uskila*, prædio *Salů*; & villâ *Saris*, è terrâ forte erutus eſt inſignis priſcorum Nummorum acervus. Nam, ut poſteà ab aliis reſcivi, major fuit ac cogitabam, cùm dicta

cta mea Prolegomena, in quibus etiam commemoratur, conscriberem. Mutilum accepi, quem ad me integrum pervenisse credidi.

VII. Anno MDCLXXXIX. nummos bracteatos, plus æris quàm argenti habentes, in lucem protulit Dalia Orientalis. In parœciâ *Rätwik* pagus extat, qui vocatur *Salberga*. Hinc cum paullùm in sylvam discessisset quidam caprarius, sub radice ingentis abietis, quam tempestatis vis perculerat, caprum vidit pedibus terram effodientem, sonumque mox audivit æris tinnientis. Quem ut observaret, appropinquans, nummorum bracteatorum copiam à capro egestam reperit, & manipulum eorum secum aufert. Hunc ego ad me delatum posteà examinavi, & suo loco recensui.

VIII. Anno MDCXCII. d. 28. Aprilis, aliquot millia nummorum veterum Holmiæ reperit eques vulgaris. Is in planitie Kråkhwilan vocatâ, quæ interjacet portam telonii aquilonarem, quæ Roslagiam versus ducit, & eas, quæ in eodem suburbio sunt, acidulas, terram fodiebat ad plantandam brassicam: vixque palam immiserat, cùm hic thesaurus patefactus est. Quem ego eodem, quo inventus fuit, die, coëmtum certè inter nobilissimos habeo & pretiosissimos, quos unquam penes nos videre licuit: atque à viro quodam antiquitatum curioso singulari cum diligentiâ & labore collectum censeo. Namque non dives solùm fuit & amplus, sed & novem diversorum Regum pecuniam, quæ ab Erico Pomerano incipit & in Christierno II. desinit, continuit. Unde conjectura haud levis enascitur, istum à quopiam ibi fuisse reconditum, qui tyrannidem Christierni, totam urbem Holmiensem Anno MDXX deprædantis, evaserit. Sub id quippe temporis prope illam virgulta & dumeta erant, ubi nunc sunt horti & domicilia. Magnam prætereà utilitatem hujus inventio thesauri ad harum deliciarum cupidos derivat. Nam cùm in illo ultra quatuor millia Semi-Ortugarum Stenonis Sture Senioris, Arosiæ cusarum, & non nisi unam Ortugam Svantonis Sture, ibidem percussam, & ex aliis nummis, qui rari habiti sunt, non ultra tres vel quatuor reperire licuerit, de raritate vel abundantiâ singulorum nummorum, prout ea fuit tempore collectionis, arbitria rectiùs facere possunt.

IX. Anno MDCXCIII. circa festum Michaëlis, dum in Gothlandiâ nauta iter facit inter pagos *Wamlingebo* & *Sundre-Kyrka*, in ipsâ viâ publicâ quiddam conspicit, quod nitoris quid emittebat; propiusque accedens, urnam veterem diffractam invenit, inque eâ thesaurum vetustum argenteum. Nummi inde huc transmissi, maximam partem erant Ædelredi Regis Anglorum; atque comitabantur tribus armillis seu brachialibus argenteis, vetustatis eximiæ & formæ singularis, unà inventis. Credo istum thesaurum fuisse locupletiorem, nec satis fideliter à nautâ communicatum.

X. Paullò antè etiam in Gothlandiâ repertus fuit thesaurus argenteus monetæ Arabicæ: cujus alia pars huc transmissa, in Regio Antiquitatum Archivo custoditur; alia verò Hafniam, Daniæ metropolim, delata est. De qua eruditè dissérit Vir Celeberrimus Johannes Jacobus Bircherodius in suâ Arcto Alexandriæ, in dictis Prolegomenis nostris antea laudatus.

XI. Anno MDCXCVI. d. 10. Junii, in Helsingiâ inter Templi Boldnæsensis instaurationem, ara vetus lapidea in Sacello destructa fuit; è qua eruebatur cistula, ultra tria millia denariorum Erici Pomerani, valore centum viginti æquantium Imperiales, continens. Isti nummuli argenti erant probi triumque vel quatuor generum, sed vulgarium ac obviorum. Inter illos fuit ducatus extraneus cum annulo argenteo inaurato. Isthunc thesaurum redemit Gloriosissimæ memoriæ Rex Carolus XI.

XII. Eodem anno, dum in parœciâ *Åker* & pago *Isætra*, qui milliare unum distat à *Waxholmen*, parvum operarii effodiunt tumulum, circiter quinque cantharos vetustæ & optimæ inveniunt monetæ argenteæ, cujus aliquantillâ parte sum potitus. In eâ nummus nullus recentior Alberto, omnesque propemodùm ejusdem erant Regis, unde, illo regnante, argentum istud illic defossum fuisse, conjicio. Et cùm rarissimos nummorum Alberti in illa tantillâ parte offenderim, facilè inducor ut credam & censeam, plures, & quidem antiquiores aliorum Regum illic unà fuisse, ex quibus sine dubio lux historiæ nostræ adfulsisset ma-

magna. Sed dolendum eſt, idem fatum, quod omnes ferè theſauri noſtri ſolent nummarii, etiam hunc ſubiiſſe, quandoquidem in manus Aurifabri omnium primò devenit. Cùm enim omnes ferè priſci nummi noſtrates argenti ſint puriſſimi, illis quàm avidiſſimè ejusmodi homines inhiare conſveverunt. Optandum ſanè fuiſſet, ut præcedens theſaurus hujus loco periiſſet. Nam in illo nihil rari repertum; in hoc verò plura antiquitatis veſtigia, nobis antehac fortè incognita, deprehendere ſpes fuiſſet.

XIII. Eodem pariter anno in ſylvâ vaſtâ, quæ *Käglan* vocatur, in provinciâ Nericiâ, repertus fuit theſaurus vetuſtus, cujus partem huc ſecum attulit dictæ Provinciæ Gubernator, Perilluſtris Fromholdus Fägerſkiöld, L. B. In eâ Nummos aliquot Albertinos, nec non iis adhuc vetuſtiores bracteatos paucos inveni.

XIV. Anno MDCCIII. in Gothlandiâ, prope Vrbem Wisbyam, haud exigua copia veterum, partim ex auro, partim ex argento, Numiſmatum Imperatorum Romanorum, caſu è ſemitâ protracta eſt.

XV. Anno MDCCIV. die 5. Menſis Maji, in *Næsby*, Parœciæ *Åker* apud Roslagos, nobilis Theſaurus, ex variis conſtans priſci ævi Nummis argenteis, fortuito caſu repertus eſt: de quo videndus Kederus, in Commentatione, cui titulus: *Nummi aliquot diverſi ex argento præſtantiſſimi* &c.

XVI. Hoc eodem anno in *Morâ*, Dalekarliæ Parœciâ, è tellure fortuitò effoſſa eſt ingens vis veterum Nummorum Germanicor. & Anglicorum, quos inter delituerat præſtantiſſimus ille, quem habeo, Anundi Jacobi Nummus. Vtinam cunctos oculis perluſtrare mihi licuiſſet.

XVII. Anno MDCCV. in Holmiæ viciniâ caſu repertus eſt vetuſtorum Nummorum cumulus; cujus maximam partem peropportunè attento animo pervidi, atque ſelectos inde rariores, & qui meo inſtituto inſervire poſſent, adeptus ſum Nummos.

Conſtabat ea ex Florenis nonnullis Lubecenſibus, quàm plurimis variisque Denariis Regis Alberti, nec non permultis nummulis bracteatis, aliis Literam S. coronatam, aliis A coronatum, aliis O itidem coronatum, aliis Caput Coronâ opertum virile, bifidâ barbâ, aliis denique Caput Fœminæ Coronâ etiam opertum præferentibus.

S. D. G.





Circa Tabb. ænear. hujus Operis ordinem & insertionem admonitio.

TAbulis æneis, effigiem Auctoris & Titulum hujus Thesauri Nummor. Sveo-Goth. exhibentibus, Operi universo præmissis, reliquas nummorum tabulas, quæ numero sunt 63, secundum seriem Regum Sv. & singulis posteriorum Regum tabulis additum numerum, vel ad initium Operis, p. 1. vel ad calcem ejusdem p. 248. annectere uniuscujusque arbitrio relinquitur. Si verò quispiam maluerit unamquamque tabulam suo quasi loco inserere, hoc potissimùm ordine, prout primùm alicujus tabulæ nummus recensetur & explicatur, turbatâ licet in nonnullis serie numerorum, quàm commodissimè fieri posse videtur. Tab. I. p. 1. T. II. p. 4. T. III. p. 6. T. IV. p. 11. T. V. p. 15. T. XII. s. *addendor.* p. 19. T. VI. p. 26. T. VII. p. 30. T. VIII. p. 37. T. IX. p. 43. T. X. p. 45. T. XI. p. 48. *Gust.* I. T. I. & II. p. 49. T. III. p. 60. *Er.* XIV. T. p. 73. *Joh.* III. T. I. & II. p. 88. *Car.* IX. T. IV. p. 117. T. I. & II. p. 118. T. III. p. 128. *Joh. Duc.* T. p. 141. *Gust. Ad.* T. II. p. 144. T. III. p. 146. T. IV. & V. p. 147. T. VII. I. &. VI. p. 148. T. VIII. p. 151. T. IX. & X. p. 152. T. XI. p. 155. T. XII. p. 158. *Chr.* T. I. & II. p. 184. T. III. & IV. p. 186. T. V. & VI. p. 188. T. VII. & VIII. p. 190. T. IX. p. 192. *Car. Gust.* T. I. p. 201. T. II. III. & IV. p. 202. T. V. p. 205. *Car. XI.* T. I. p. 211. T. II. p. 212. T. III. p. 215. T. IV. & V. p. 216. T. VI. p. 219. T. VII. & VIII. p. 220. T. IX. & X. p. 224. T. XI. p. 226. T. XII. p. 234. *Car.* XII. T. I. p. 245. T. II. p. 246.



Errata typographica ſic corrigenda.

Pag. 34. lin. 8. quadrigentiſſimo. corrige quadringenteſimo.

P. 41. l. 18. mummos. c. nummos.

P. 81. l. 3. Pontificicam c. Pontificiam.

P. 91. l. 14. conflat. c. conflati.


P. 117. l. 5. conſtruitur verbis. c. conſtruitur cum verbis.

P. 145. l. 7. circumſpargit. c. circumſpergit.

P. 152. l. 4. cathaphractâ. c. cataphractâ.

P. 223. l. 16. CAPITA. c. Capita.

CATALOGUS
VARIORUM USQUE AD HOC TEMPUS
EDITORUM OPERUM
CIRCA
REM NUMMARIAM
IN SUECIA.



HOLMIÆ,
TYPIS KUMBLINIANIS,
MDCCLXXX.



Primum in hoc Catalogo commemoratum Librum, videlicet Brenneri Thesaurum Nummorum Sveo-Gothicorum, *per plures jam annos a communi luce seclusit Archivum Reg. Antiquitatum, alioquin longo ante tempore cura Bibliopolarum emissum, praesertim ad exteros. Hoc verum Opere non ita pridem tradito Bibliothecae Regiae, quippe quae venditione ejusdem suos augeret reditus, jam quasi de integro publici juris facimus Librum huc usque rariorem, cui simul adjunximus hunc* Catalogum variorum usque ad hoc tempus editorum Operum circa Rem Nummariam in Suecia, *ut in eo cum nostri tum peregrini Nummorum usualium ac memorialium investigatores uno obtutu conspiciant, quid usque ad annum* 1780 *editum sit circa Rem Nummariam Suecanam. Catalogum conscripsit atque benigne nobis impertiit Vir Historiae Literariae Suecanae peritissimus, cujus vero Nomen ex officio reticemus. Numerus exemplarium adhuc exstantium Thesauri* Brenneriani *haud magnus est; quapropter in Re Numismatica curiosi moniti sunt, ne negligant occasionem sibi hoc Opus, dum adhuc prostat, acquirendi.*

Holmiae, die 15 Septemb. 1780.



1. *El.* BRENNERI Thesaurus Nummorum Sueo-Gothicorum &c. Holmiæ 1731. in 4:to.

Librum Brennerus edidit ipse, anno 1691, tam Latine quam Suethice, in 4:to. Editio Latina impressa est Holmiæ apud Billingsley, Suecana ibidem typis jam defuncti Laur. Wall: neutra tamen delineatorum Numismatum descriptionem sistit, quamquam in Præfatione videas ichnographiam quandam futuri Operis. Auctor quidem postea mutavit propositum: in hac vero tam Suethice quam Latine conscripta Præfatione varia leges notatu digna, quæ, meo judicio, haud consulte ex altera editione exclusa sunt.

Editio prior, ut jamnum est, semper rarissima fuit; Auctor enim pauca tantum exemplaria imprimi curavit, quibus partim Bibliothecas publicas, partim fautores donavit et amicos. Describitur a Tentzelio in *Colloqu. Menstr.* (*Monatbl. Unterred.*) 1694. p. 646; eodemque Diario, 1695, p. 345, Excerptum Epistolæ, quam de hoc Opere Tentzelio perscripsit Brennerus, invenies.

Brennerum vero, cum alteram Operis sui editionem jam sedulo moliretur, mors prævenit, ineunte anno 1717. Summam propositi videbis in Sect. II. pag. 227. *Bibliothecæ Suecanæ* (Schwed. Biblioth.) Nettelbladii, sub hoc titulo: "Sueciæ Regum, Reginarum et "Ducum Numismata, jam inde a Rege Gustavo I. usque ad Regem "Carolum XII. summa cura et diligentia conquisita, delineata, æneis-"que laminis insculpta". Post ejus decessum laminæ æneæ formæque ad Opus pertinentes cura et pecunia Archivi Antiquitat. vindicatæ sunt; jamque altera demum editio prodiit anno 1731, opera Assessoris Kederi, cui Brennerus, amico et collegæ, summam labori imponere manum commisit: vide *Acta Liter. & Scient. Suec.* anni 1733, pag. 20. et *Memoriam El. Brenneri* in N. Dal H. F. *Specim. biograph.* Holm. 1724. 4:to. Kederus autem nihil in hoc Opere suæ Minervæ asserere volens, omnia post annum 1716 cusa Numismata omisit. Multo est hic uberior copia Figurarum, quam in editione priori, vel quod suum Auctor Nummophylacium locupletasset, vel quod ex aliis mutuo sumsisset. Editor quidem, in sua Præfatione, non

 dissi-

diſſimulat, Brennerum ſæpe erraſſe in nominandis Nummis antiquiſſimis: nihilo vero minus merito ei tribuitur honos patefacti aditus in noſtram Rem Nummariam, quæ tamen, poſt illum, magnopere progreſſa eſt.

Tractatui Brenneri *de Theſauris* &c. inveniendo pag. 264 — 270. Berchius, Conſiliar. Cancell., Supplementum adjunxit manuſcriptum, quod ſervatur in Archivo Antiquitatum.

Deſcriptio *de Nummophylaciis Sueciæ*; pag. 249 — 261. magnis obnoxia fuit viciſſitudinibus, pleriſque privatis Collectionibus, quas recenſet Brennerus, partim diſperſis, partim in alios poſſeſſores translatis. Notabiliorum inter eas, quæ adhuc exſtant, Catalogum Berchius ſuæ *Deſcriptioni* &c. (Beſkrifning m. m.) præmiſit.

Supplementa Sectioni Brenneri *de Scriptoribus rei nummariæ*, pag. 261 — 264 Berchius collegit in libro Mſcripto, quem ſervat Archivum Antiquitat. Eſt præterea: *Joh. Erichſonii Notitia Librorum Rei Nummariæ Suecanæ* (Nachricht von Büchern und Schriften die Schwediſche Münzwiſſenſchaft betreffend), *Novel. Literar. Roſtochienſ.* (Roſtock. gel. Nachr.) anni 1759. N:ris 42 — 49 inſerta. Suethice hic Catalogus, ſuppreſſo tamen Auctoris nomine, translatus legitur in *Novellis Literariis* (Lårda Tidn.) Salvii pro Anno 1761. N:ris 100 — 102.

2. C. R. Berchii, Canc. Conſil., Deſcriptio Nummorum uſualium ac memorialium Regior. Sueciæ &c. Upſaliæ 1773. 4:to.

C. R. Berchs Beſkrifning öfver Svenſka Mynt och Kongl. Skåde-penningar, m. m.

3. Oratio de Antiquitate Nummorum Sueo-Gothic: habita coram Academia Reg. Scient. Suec. a *Car. Reinh. Berchio*, cum præſidium deponeret, d. 11 Aug. 1753. Holmiæ 1753. 8:o.

Tal om Svenſka Myntets ålder. Hållit för K. Sw. Wet. Academien, af *Carl Reinh.* Berch, då han lade af ſit dårſtådes förda Præſidium, m. m.

4. De

4. De Argento, Runis s. literis Gothicis insignito, quod delineatum in Camdeni Britannia, Anglice nunc loquente & ampliata, literato exhibetur orbi, sententia *Nic.* KEDERI. Lips. 1703. 4:to.

5. Runa in Numis vetustis diu quæsitæ, tandemque ibidem feliciter inventæ, seu de Numis Runicis Commentatio *Nic.* KEDERI. Lips. 1704. 4:to.

6. Nummi Runici D. Car. Ehrenpreus brevi Commentario illustrati.

   In *Actis Liter. & Scient. Suec.* 1733. p. 26.

7. Clavis Numophylacii Runici, sive ratio, qua intelligi possit Numorum Runicorum scriptura, immo ætas locusque, quibus cusi olim fuerint, si non ubique verissima, admodum tamen probabilis, aliorum quidem, si placet, limis perpolienda, at casu in rudetis Gothlandensibus inventa a *Georg.* WALLIN. Holm. 1743. 4:to.

8. Dissertatio Acad. de Nummis Arabicis in patria repertis. P. I. Pr. *Car. Abr.* CLEWBERG, Resp. Marr. *Sundbeck.* Aboæ 1755. 4:to.

   Continuatio deest.

9. De Nummis Arabicis in Suiogothia repertis Disquisitio *Car.* AURIVILLII.

   In *Novis Actis Reg. Soc. Scient. Upsal.* Vol. II. p. 79.

10. Varii antiqui peregrinique Nummi aurei olim in Suecia usitati. in 8:vo unica plag.

    Åtskilligt gammalt och utlåndskt Gullmynt i Swerige fordom gångbart.

    Sine mentione anni, loci impressionis, vel nominis Typographi: Nummi 46, insculpti ligno.

11. Varii antiqui peregrinique Nummi aurei in Suecia olim usitati. in 4:to unica plag.

Åtſkilligt gammalt och utländſkt Gull-mynt i Swerige fordom gångbart.

Suppreſſo anno &c. ut in proxime præcedenti. Nummi aurei 52. Pag. 6. 7. Antiqui Nummi peregrini ex argento ligato, olim in Succia prohibiti (Gammalt utländſkt Pay-mynt, fordom i Swerige förbudit): quorum numerus 15.

12. Diſſertatio Acad. de Nummis quibusdam antiquis in Finlandia haud ita pridem repertis. Pr. *J.* BILMARK, Reſp. Arvid. *Paulin.* Aboæ, 1769. 4:to.

13. *Kil.* STOBÆI Introductionis compendiariæ in fundamentor. Hiſtoriæ civilis, imprimis patriæ, notitiam Sect. II. de Re Numiſmatica. Lond. Goth. 1741. 4:to.

Habetur etiam in *Opuſculis* Kil. Stobæi, Dant. 1752. 4:to.

14. *Ewaldi* ZIERVOGEL Diſſertt. Acad. III de Re Nummaria, ejusque in Hiſtoria Sueo-Gothica uſu. Upſal. 1745-1750. 4:to.

15. *Ejusdem* XXX Tractatus hiſtorici de Nummis uſualibus ac memorialibus Suecanis, anno 1755. per ſeptimanas editi. Holmiæ 1755. 4:to.

Trettio Hiſtoriſka Afhandlingar öfver Svenſka Mynt och Medailler, år 1775. weckorals utgifne.

16. *Ejusdem* Schema Prælectionum hiſtoricarum circa Rem Nummariam Sueciæ, quæ juſſu Superiorum, in loco ſeparato Academiæ Guſtavianæ, ubi ſervatur Numophylacium Ehrenpreuſianum, publice habendæ ſunt. Upſal. 1753. 4:to.

Utkaſt til offenteliga hiſtoriſka Föreläsningar öfver Swenſka Mynt-Kunſkapen, hvilka uti det för *Numophylacio Ehrenpreuſiano*, i Guſtavianſka Academien utledde Rum, komma efter befallning at hallas.

17. *Ejusdem* Prælectiones circa Collectionem Nummariam Academiæ Upſalienſis, continentes cum Introductionem Rei Nummariæ univerſalis, tum brevem Deſcriptionem hiſtoricam Regum Sueciæ eorumque Numiſmatum, inde ab Olavo

Trä-

Trâtelja usque ad Christianum II inclusive, &c. Upsal. 1772. 4 to.

Förelåsningar öfver Upsala Academies Mynt-Samling; innehållande så vål Inledning til Mynt-Kunskapen i gemen, som kort historisk Beskrifning öfver Svenska Konungar och deras Mynt, ifrån Olof Tråtelja til och med Christian den Andre, m. mera.

18. Nummus aureus antiquus atque perrarus, Othinum, ceu probabile est, ejusque Sacrorum ac Mysteriorum signa et indicia exhibens: e Museo *Nic.* KEDERI, cum hujusce Commentatione editus. Lips. 1722. 4:to.

19 Nummi aliquot diversi ex argento præstantissimo: nempe decem Olai Sueci, unus Anundi Carbonarii, ac unus Haquini Rufi, Sueciæ Regum, nec non unus Suenonis bifidæ barbæ, Daniæ Regis: omnes tellure Suecica olim absconditi, nuperque casu in apricum prolati, nunc autem Heliconiadum choro submisse dedicati a *Nic.* KEDERO. Lips. 1706. 4:to.

20. *Nic.* KEDERI de Nummis Margaretæ, Suecor., Danor. & Norvegor. quondam Reginæ, Disquisitio.

In *Nov. Liter. Mar. Balth.* 1702. pag. 106.

21. *Ejusd.* Catalogus Nummorum Sueo-Gothicorum, usualium ac memorialium, veterum recentiumque, in Museo Graingeriano, Holmiæ curiose asservatorum. — Accedunt et alii Nummi ab eodem descripti. Londini 1728. 4:to.

22. Comment Jur. publ. Suecani de Jure circa Rem Nummariam in Suecia. Pr. *Nic.* NETTELBLADT, Resp. Car. Jac. L. B. *Stahl von Holstein.* Gryphisw. 1733. 4:to.

23. BERCHIUS de Privilegiis cudendi Nummos, a Regibus Sueciæ, pro diverso temporum statu, concessis.

C. R. BERCH, Om Mynte-Friheter, som Sveriges Konungar, efter tidernas omståndigheter, förunnat.

24.

24. *Idem*, De veteribus ac recentioribus Officinis Monetariis Sueciæ.

Om Sveriges äldre och nyare Mynt-hus.

Hi Tractatus ante *Vetera novaque Acta Scanenſia* (Äldre och Nyare Skånſka Handlingar) N. Weſſmanni, Trimeſt. I. et II. inveniuntur; alter vero Tractatus, ibi abruptus, integer atque correctior habetur in *Nov. Biblioth. Suec.* (Nya Svenſka Biblioth.) Vol. II. Partic. 3. pag. 99.

25. *Ejusd.* Hiſtoriola veteris cudendi monetas Modi, necnon de Magiſtris Monetariis in Suecia.

Underrättelſe om det gamla Myntnings-ſättet, och om Myntmäſtare i Sverige.

In *Actis Biblioth. Reg.* (K. Bibl. Handl.) Vol. I. Part. 2. pag. 70.

ælat 26. *Ejusd.* Elenchus, in quo recenſentur Cuſores Numiſmatum memorialium Sueciæ.

Förtekning på Svenſka Medailleurer.

In *Actis Biblioth. Reg.* (Kongl. Bibliot. Handl.) Vol. I. P. 1. p. 29. Accuratior eſt completiorque Catalogo Köhleri, in *Delic. hiſtor. circa Nummos* (Hiſt. Münz-Beluſt.) 1737. pag. 108.

27. De ratione veteris Monetæ apud Suio-Gothos: Agit Stjernhök in Opere *de Jure Sveon. & Gothor. vetuſto*, L. I. C. 11. pag. 130. ſeq.

28. *Carol.* LUNDIUS de re nummaria Svio-Gothor. In Notis ad *Legem Upland.* (Uplands-Lagen), p. 150 ſeq.

29. Obſervationes, quibus illuſtrari poteſt ratio monetalis veterum Suecorum Gothorumque, per plura ſecula retro, ex eorum Actis, Legibus, Decretis, Receſſibus, Libellis emtionum, Contractibus atque Rationibus excerptæ a *Petro* DIJKMANNO. Holmiæ 1686. 8:o.

Obſervationer, ſom kunna gifva någon anledning til de forna Svenſkars och Göthers Penninge-räknings beſkaffenhet uti många hundrade år tilbaka, utur theras egna Handlingar, Lagar, Afſkeder, Receſſer, Köpebref, Contracter och Räkningar utdragne af *Peter* DIJKMAN.

30.

30. Narratio ſuccincta de Nummis veterum Regum Sueciæ, ratione cum ſpecierum tum valoris, præcipue vero de horum ex Chriſtophori, ſub quo renovata eſt Lex, atque huic proxime præcedentium ac ſuccedentium Regum temporibus æſtimatione ac relatione ad hodiernos; partim e Scriptis antiquis, partim ex intrinſeco valore ipſorum Nummorum prototyporum deſumpta, Conſeſſuique Reg. pro emendandis Legibus ad mandatum exhibita ab *El.* BRENNERO, d. 22. Nov. 1698., quos quidem Nummos Regum Sueciæ prototypos ille magna cura magnisque impenſis ultra tertium decennium collegit ac conquiſivit.

En kort Beråttelſe om våra forna Sveriges Konungars Mynt, ſå til deſs Sorter ſom Wårde, men ſårdeles huru det i Konung Chriſtophers tid, då Lagen renoverades, ſamt de dårnåſt föregående och efterföljande Konungars tider bör förſtås och vårderas emot vårt nu för tiden brukeliga och gångſe Mynt; dels utur gamla Documenter och Skrifter författadt; men ſårdeles utaf ſjelfva Original-Myntets halt och valeur til ſkrot och korn, efter befallning och begåran i Kongl. Lag-Commiſſionen upviſt af *El.* BRENNER, den 22 Nov. 1698. hvilka Sveriges Konungars Original-Mynt han med ſtor flit och bekoſtnad, öfver 30 års tid, colligerat och ſammanſökt.

In *Archivo Sv.* (Svenſka Archivum) S. Loenbomii, Tom. III. p. 118. Multos annos antea hæc Narratio ſermone Germanico impreſſa fuit in *Biblioth. Sv.* Nettelbladii Partic. IV. atque in *Delic. hiſt. circa Nummos* Köhleri, 1748. p. 229.

31. Diſſert. hiſt. de antiquorum Nummorum relatione ad hodiernos. Pr. *S.* BRING, Reſp. And. *Leche.* Lond. G. 1762. 4:to.

32. Diſſert. Acad. exhibens Obſervationes quasdam circa Nummos antiquos recentioresque. Pr. *C. B.* TROZELIO, Reſp. Ern. Henr. *Berling.* Lundæ 1777. 4:to.

Samlade Rön om Äldre och Nyare Mynt, under Prof C. *B.* Trozelii inseende, utgifne och försvarade af Ern. Henr. *Berling.*

33. Comparatio inter pretia Nummorum atque Mercium in Succia, diversis ætatibus, exhibita in Oratione, quam coram Acad. Reg. Scient. in deponendo Præsidio habuit *And.* Botin. Holmiæ 1771. 8:o.

Jämförelse imellan Mynts och Warors wärde i Sverige, uti särskilta Tidehvarf, anstält uti et Tal för K. Wet. Acad vid Præsidii nedläggande, af *And.* Botin.

34. Instructio de justo Pondere Monetæ tam aureæ quam argenteæ, in emtione ac permutatione mercium perquam necessaria: a *Mich.* Pohl, Æstimatore Monet. Regni. Holmiæ 1728, 8:o.

Undervisning om Guld-och Silfver-mynters rätta Wigt, i handel och vandel ganska nödig och omistelig. Utgifven af *Michael* Pohl, Riks-Werdien.

35. Tabula sistens variorum Regnorum Civitatumq. Species Nummorum tam argenteorum quam aureorum, ratione ponderis qualitatisque, quam, accuratis fultam experimentis, circa initium hujus Seculi construxit *Isaacus* Newtonius: jam ad Pondus monetale Suecanum reducta, aliquotque Nummorum speciebus aucta. Holmiæ 1761. fol. pat.

Tabel öfver åtskilliga Rikens och Staters Silfver - och Guld-Mynt-sorter, som utvisa deras Skrod och Korn, uprättad vid detta Seculi början, efter noga anstälte prof, af *Isaac* Newton; men nu reducerat til Svensk Myntvigt, och med några Mynt - sorter ökad.

Æri

Æri insculpta ab And. Åkerman: cui adjunctum est Folium in quarto, sistens "Tabulam Reductionis Monetæ argenteæ in Thaleros Sv. imperiales, Monetæque aureæ in Ducatos Sv."

36. De Re Nummaria Sueciæ.

Om Mynt-wäsendet i Sverige.

Agit *Chr.* König, *Exercitat. Litterariis (Lärdoms-Öfning)*, Tom. VI. C. VIII. p. 128-183.

37. Oratio de Nummis, habita coram Acad. Reg. Scient. Sv. ab *Henr. Theoph.* Scheffer, cum ibi deponeret Præsidium, d. 6 Febr. 1753. Holmiæ 1753. 8:o.

Tal om Mynt, hållit för Kongl. Sv. Wetenskaps-Academien af *Henr. Theoph.* Scheffer, då han lade af sit därstädes förda Præsidium, den 6 Febr. 1753.

Supplet Auctor Königii jam pridem memoratum Tractatum, quem magni facit.

38. (*Er.* Salandri) Animadversiones in Orationem quandam de Nummis, habitam coram Acad. Reg. Scient. Holmiæ 1753. 8:o.

(*Er. Salanders*) Anmärkningar öfver et uti Kongl. Wet. Academien hållit Tal om Mynt.

39. Lib. Bar. *Gust.* a Bonde, Senatoris Regni, Meditationes circa Inconstantiam Monetæ hodiernæ, et quo modo ei medendum sit; ubi et disquiritur, utrum consultius esset Patriæ, vel si Monetæ pretium ac valor figerentur, vel si cuique liceret eam pro suo commodo libituque æstimare. Holmiæ d. 28. Octob. 1664.

R. R. Frih. *Gust.* Bondes Oförgripelige Tankar öfver närvarande Myntets ostadighet, samt huru den står at bota; samt

hvil-

hvilket rådeligare för Fäderneslandet pröfvas, at hafva och hålla Myntet uti et vist pris och valeur, eller tilstädja hvar och en frihet at valvera det efter sin nytta och eget behag.

In *Promtuario Sv.* (Svenska Fatburen) P. II.

40. Observationes circa diminutionem atque auctionem pretii Monetæ Suecanæ. Holmiæ 1722. 4:to.

Oförgripelige Tankar om Svenska Myntets förnedring och förhöjning.

41. (*Em.* SWEDENBORGII) Nova Ratio Monetam Mensuramque nostram dispescendi, ita ut facilius ac sine omni fractione computari possint. Holmiæ, 1719. 4:o.

(*Em.* SWEDENBORGS) Förslag til vårt Mynts och Måls indelning, så at räkningen kan lättas och alt bråk afskaffas.

42. Meditata quædam de Re Monetali in genere, in lucem edita, Comitiis anni 1747. Holmiæ 4:o.

Tankar om Mynt-wäsendet i gemen, utgifne vid 1747 års Riksdag.

43. Differt. de valore et proportione Monetæ Svio-Gothicæ argenteæ. Pr. *J. G.* WALLERIUS, Resp. Joh. *Segersten.* Ups. 1760. 4:o.

44. (*Ge.* BRANDT) de Re Monetali ac de justo mutuoque valore Nummorum argenteorum in Suecia. Holmiæ 1761. 4:to. Iterum impress. 1765.

(*Ge.* BRANDT) Om Mynt-wäsendet, och Svenska Silfverpenningars rätta Wärde emot hvarannan.

45.

45. Exercit. Academ. de Moneta ærea in Suecia, rotunda. P. I. II. Auct. & Resp. *Erico* TUNIO. Upsal. 1725. 1731. 4:to.

Agit de Nummis minoribus æneis.

46. Historiola præparationis Nummorum in Suecia æreorum formæ quadratæ grandioris, quam ad modum Dissertationis sub præsid. *Joh.* WALLERII, ad publicum examen defert *Bened. M.* MORIN. Upsal. 1717. 8:o.

Agit de Laminis monetalibus, vulgo *Plati* dictis.

47. Considerationes circa Pretia Pecuniarum, s. Tractatus de Cursu Cambiali, fultus Theoria Pretiorum quibus vigent Pecuniæ in Commercio domestico. Ab *Eduardo* RUNEBERG. Holmiæ 1762. 8:o.

Tankar om Penningars Wården, eller Afhandling om Wäxel-Coursen, grundad på Theorien af Penningars Wärde i inländska Handels-rörelsen.

48 Indicatio justæ Proportionis cudendæ Monetæ. Holmiæ, apud Salvium. 1766. 8:o (Venio ut dicerem, argento opus esse).

Anledning til en rigtig Mynt-fot.

49. De Nummis hodiernis Sueciæ, eorumque mutua proportione; ubi et monstratur, quid in hac re mutandum vel emendandum foret. Holmiæ 1766. 8:o.

Om Sveriges nu för tiden gångbara Mynt; des rätta Förhållande emot hvartannat; samt Tankar om nödiga ändringar och förbättringar därvid.

50. Observatiunculæ circa artem gentium celebriorum Numismata adornandi, in specie Nummi Sabinæ expositio,

Differt. grad. Pr. *J.* BROWALLIUS, Refp. H. *Carling.* Aboæ, 1745. 4:to.

Occurrit hic aliquid de ratione fculpendi Nummos memoriales in Suecia, fed parvi pretii.

51. Differt. hiftor. de Numis. Pr. *Sv.* BRING. Refp. Pet. Laur. *Trägård.* Lond. G. 1741. 4:to.

Ubi etjam aliquid de Nummis memorialibus Suecanis.

52. Catalogus Nummorum memorialium rariorum, quos habet Officina monetaria Holmenfis. 4:o. 2 plag.

Specification på de Medailler och begårlige Skådepenningar, fom finnas på Kongl. Myntet i Stockholm.

Suppreffo Anno ac nomine Typographi. Noviffimum hic commemoratum Numifma eft anni 1707.

53. Differt. hiftor. de Nummis & Sigillis Lundenfibus. Pr. *Kil.* STOBÆUS, Refp. Zachar. A. *Kihlgren.* Lond. G. 1744. 4:o.

Iterum impreffa in *Opufculis* K. St. p. 224.

54. *C. R.* BERCHIUS, de Nummis Gothorum extra Sviogothiam.

In *Nov. Act. R. Societ. Scient. Upf.* Vol. II.

55. *Ejusd.* Elenchus Numifmatum cuforum in memoriam participationis Guftavi Adolphi in Bello Germanico, primæque ejus Expeditionis anno 1630.

Förtekning på de Skådepenningar, fom blifvit flagne öfver K. Guft. Adolphs Deltagande i Tyfka Kriget och des förfta Fälttåg 1630.

In

In *Expeditione milit. Regis Gustavi Adolphi in Germaniam* (*K. Gust. Adolfs Tyska Fälttåg*) P. I.

56. *Ejusd.* Series Numismatum memorialium regnante viventeque Christina cusorum.

Liste des Medailles frappées durant le regne et la vie de la Reine Christine.

In *Commentariis* (Memoires &c.) Arckenholtzii, T. II.

57. *Ejusd.* Catalogus Nummorum usualium ac memorialium Caroli XI.

Förtekning på Kon. Carl d. XI:s Mynt och Medailler.

Invenitur ad finem *Narrationis Gubernationis Regiæ de Administratione Regni &c.* (Kongl. Regeringens Berättelse ang. Regements-Förvaltningen m. m.) Upf. 1771. 8:o.

58. Catalogus Nummorum memorialium, ad Historiam cum Regis Friderici, tum Conjugis ejus, Reginæ Ulricæ Eleonoræ, pertinentium.

Förtekning på de Medailler, som höra så väl til K. Fredrics, som des Gemåls, Dr. Ulrica Eleonoras Historia.

In Traductione Germanica *Personalium*, quod dicunt, *Regis Friderici*, impressa Cassellis 1752, in fol.

59. Celebrium Suecorum, Virorum Feminarumque Nummi memoriales, delineati ac æri insculpti, adjunctis Vitis, editi a *C. R.* BERCHIO, Fascic. I, II. Holmiæ 1777. 4:o. maj.

Namnkunnige Svenske Herrars och Fruers Skådepenningar, afritade och i Koppar stukne, med bifogade Lefvernes-beskrifningar. Utgifne af C. R BERCH. Flocken I. II.

60. Differt. Acad. Ufum rei numariæ in Hiftoria literaria domefticis exemplis declarans, quam publico examini fubmittunt: Pr. E. ZIERVOGEL & Refp. Ge. A. *Weftman*. Upfal. 1754. 4:to.

Huc addi poteft:

MSC. Collectio Ordinationum ac Refcriptorum Reg. nec non Decretorum Ordinum Regni, atq. Enuntiationum et Contractuum Collegiorum circa Rem monetalem, ab anno 1535. usque ad præfens tempus. (Samling af Kongl. Förordningar och Refcript. m. m.)

Magna Collectio partim impreſſorum, partim manufcriptorum Actorum fervatur in Archivo Antiquit..

Permulta quoque occurrunt in Stiernmanni *Collectione Litterarum, Statutorum atque Ordinationum Reg. circa Commercia, Politiam &c. Regni Sueciæ* (Samling utaf Kongl. Bref, Stadgar och Förordningar ang. Sv. Rikes Commerce, Politie, m. m. Voll. VI. 4:o).



